

J. M. Meile L. S. 1711
25. 1711

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.



42.
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
SUCCESSIONE
PRÆTORIA HODI-
ENUM NECESSARIA,

QUAM
DIVINA FAVENTE GRATIA,
EX DECRETO
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,
IN ILLUSTRIS HAC VIADRINA,
PRÆSIDE

PRO-DECANO SPECTABILISSIMO
DN. SAMUELE STRYKIO, ICTO,

Com. Palat. Cæsar. Sereniss. ac Potentiss. Elect. Brand.

Confiliario, Facultatis Jurid. Ordinario, & Decret. Prof. Publ.

PATRONO, PRÆCEPTORE atq; PROMOTORE
SVO ÆTERNUM DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
RITE CONSEQUENDI

Publico Eruditorum Examine subijciat

JOHANN. JOACH. Schöpffer/ Quedlinb. Sax.

Ad Diem 1. Novembr. M. DC. LXXXIII. Horis ante & pomeridianis.

FRANCOFURTE AD VIADRUUM,

IMPRIMEBAT JOHANNES COEPELIUS, ACADEMIÆ TYPOGR.



Magnifico Nobilissimo Consultissimog₃

DOMINO

DAVIDI VVIND-
REUTERO,

JCTO, SERENISSIMÆ PRINCIPIS
ABBATISSÆ, NEC NON SERENISSI-
MÆ PRINCIPIS PRÆPOSITÆ QVEDLINBUR-
GENSIS CONSILIARIO INTIMO, CANCELLARIÆQVE
DIRECTORI.

Nobilissimo Excellentissimo Amplissimog₃

^{Ur Et}
DOMINO

JOHANNI GUILIEL-
MO HARPRECHTO,

JCTO, ET SERENISSIMÆ PRINCIPIS
ABBATISSÆ QVEDLINBURGENSIS CONSILIA-
RIO AULICO, CONSISTORIIQVE PRÆSIDI.

SUIS PATRONIS ET MÆCENATIBUS

Hanc inauguralem Dissertationem
observantissimè offert.

JOHANN JOACHIM Schöpffer.





PRÆFATIO.

Placuit quondam Impp. in famosa illa *l. Placuit 8. C. de judic.* in omnibus rebus præcipuam esse æqvritatis, quam stricti juris rationem. Eodem encomio Prætores Magistratus olim Romanos ornari posse, nullus dubito, utpote qui in quocunq̃ue obveniente casu, posthabito rigore juris, æqvritatem secuti sunt. Taceo jam Restitutiones in integrum à Prætoribus contra jus strictum adinventas; silentio prætereo actionem Publicianam, Rescissoriam, de Constituto aliasq̃; & præter & contra jus civile à Prætoribus concessas. Materiam successionum solummodo in medium produco, quam Prætor adeo dilatavit, ut prorsus novam formam succedendi invenerit ac promulgaverit; Concessit enim bona defuncti iis, qui ob subtilitatem quandam juris civilis hereditatem adire non poterant, ad evitandamq̃ue omnem confusionem
suos

suos successores, non heredes, sed bonorum possessores appellari maluit. Vidit & quodammodo invidit Prætoribus hanc æqvitatæ laudem præcipuè Justinianus, hinc successoribus quondam tantum Prætoribus, etiam de jure civili successionem indulgit, novâ successionis formâ per Nov. 115. & 118. introductâ. Quare laterem tibi B. L. lavasse videbor, si necessitatem utilitatemq; successionis Prætoris monstrare velim, cum tamen jus antiquum, quantum ad successionem, à Justiniano mutatum & sublatum sit. Verum scias, me hinc inde apud Doctores probatissimos & JCtos hujus seculi clarissimos varios reperisse casus, in quibus hodiernum succedi non possit, nisi beneficio Prætorio; quod singularis Sereniss. Elect. Augusti Constitutio 10. part. 3. confirmat, quæ nullam dubitationem mihi reliquit hodiernum usum hujus successionis superesse. Induxi ergo animum sparsim apud Dd. tradita de hac successione, colligere, digerere, & loco disputationis solennis tibi B. L. offerre. Quem qualem qualem laborem ut boni consulas, est, quod obnixè rogo. Tu vero Deus Optime Maxime, quâ hæctenus benignitate & benedictione studia mea cumulasti, eâdem præsentis quoque labori adsis, quo cœpta ex voto succedant.

CAPUT I.
DE
NATURA SUCCESSIONIS
PRÆTORIÆ.

SUMMARIA.

S uccessio alia civilis est, alia Prætoria	1.	Prætor jus civile interpretatur & non nunquam corrigit.	16.
Prætor quis fuerit, & unde dictus sit.	2.	Quatuor rationes cur Prætor jus civile corrigere non potuerit proponuntur.	17.
Quis Prætor omnium primus creatus sit.	3.	Status reip. Rom. distinguitur	18.
Quibus surrogati fuerint Prætores.	4.	In Aristocratiâ Prætorum auctoritas summa fuit.	19.
Quot Prætores olim creati fuerint	5.	Edicta Prætorum an possint dici Leges	20.
Prætorum numerus iterum decrevit.	6.	Edicta an minorem vim quam Leges habuerint.	21.
Frequens juris Prætorii mentio sit in corpore juris.	7.	Cur Prætor heredem facere non potuerit.	22.
Prætoris potissimum officium in jure dicundo consistit.	8.	Successor Prætorius ex nuda subtilitate juris heres non dicitur.	23.
Quod dupliciter reddidit.	9.	Cum in effectu sit heres.	24.
Quomodo Prætor initio ordinariè jus dixerit.	10.	Prætor leges civiles directe corrigere & abrogare non potuit.	25. 27. & 31.
Quomodo post dixerit	11.	An Prætor Edicta Antecessorum suorum corrigere potuerit.	26.
De quo iudex datus cognoscere potuerit.	12.	Metu promittens adhuc hodie	
Differunt Prætor & iudex.	13.		
Item jus & iudicium	14.		
Hodie officium Prætoris & iudicis confusum.	15.		
		A	jure

<i>jure civili obligatus est.</i>	28.	<i>B. Possessionis divisio in Edictalem, & Decretalem exhibetur.</i>	42.
<i>Testamentum semel ruptum nec hodie jure Civili vires recuperat</i>	n. 29. & 31.	<i>Veterum de his speciebus sententia rejicitur</i>	43.
<i>Prætor interdum directè contra jus civile agit contra Bachov.</i>	30.	<i>Fundamenta unam B.P. tantum esse adstruentium recensentur.</i>	44.
<i>Ad rationes contrarias n. 17. propositas respond.</i>	32.	<i>Ad primum respond.</i>	45.
<i>Prætor quicquid potuerit in materia successionum, nobis exhibet.</i>	33.	<i>Ad secundum & seq.</i>	46.
<i>Adjuvit supplevit & correxit jus civile.</i>	34.	<i>Differentiæ reales inter utramque speciem proponuntur</i>	47.
<i>Idque ex æquitatis ratione</i>	35.	<i>Edictalis in ordinariam & extraordinariam subdividitur</i>	48.
<i>Definitio Bon. Possessionis proponitur.</i>	36.	<i>Dubium circa hanc divisionem movetur.</i>	49.
<i>Quid denotet vocab. Bonorum.</i>	37.	<i>Et resolvitur.</i>	50.
<i>Quid - - Possessionis.</i>	38.	<i>Bologneti sententia tres species esse B.P. rejicitur.</i>	51.
<i>Differentia in situ verborum non inquirenda</i>	39.	<i>B.P. alia cum re alia sine re dicitur.</i>	52.
<i>An Jus in definitione significet quo an propter quod.</i>	40.	<i>B.P. alia ex testamento alia ab intestato defertur, & singule species recensentur.</i>	53.
<i>Reliqua verba definitionis explicantur.</i>	41.		



Successionem aliam esse ex jure civili, aliam ex Jure Prætorio, luculenter satis demonstrat §. ult. l. per quas pers. cuique acqu. Signor. de Homod. in repet. l. 1. C. qui admitt. n. 1. Sebast. Sapia in repet. rubr. C. d. t. n. 1. Gædd. ad l. 24. ff. de V. S. n. 12. Bened. de Plumino ad l. Qui se patris 3. C. Unde lib. n. 1. Paul. de Monte Pico

in repet. l. ult. C. unde Lib. n. 13. & seqq. Vultej. ad pr. Inst. de B. P. n. 1. Civilis est quæ à lege, plebiscito, Scto vel Constitutione Principis defertur §. 1. *Inst. de Bon. poss. ibi q. Hottomann. Hieron. Cagnol. in Rubr. C. qui adm. n. 38. Joh. Althusius Dicaolog. Lib. 1. cap. 45. n. 2.* Prætoria est quæ autore Præto-
re ex edicto vel decreto defertur, per Dd. modo alleg. quibus
add. *Wilh. Ludvv. ad Inst. Disp. 10. th. 6. lit. A. Wesenb. ad ff. tit. de bon. poss. n. 10. & in Oeconomia jur. Lib. 3. Inst. ibi: quæ
nihil aliud quam successio Prætoria Hunn. ad Tr. Disp. 16. th. 1.
lit. A. Jacob. de Nigris in rep. Rubr. C. qui admit. n. 17. Zu-
chard. add. Rubr. n. 2. Joh. Harpr. Comm. Inst. ad pr. de B. P.*
Fuit autem hic Prætor Magistratus Romanus juri dicundo præ- 20
positus *l. 2. §. 27. ff. de Orig. jur.* dictus ita à præeundo notan-
te ex *Cic. lib. 3. de LL. Francisco Polet. in hist. for. Rom. lib.
3. cap. 3 add. Varro lib. 4. de Lat. Lingn. Zæf. ad ff. tit. de J.
& J. n. ult. Rosin. Antiqu. Roman. lib. 7. cap. 11. Vacon. lib.
3. indag. jur. 48. n. 13.* quanquam à præessendo eum dictum
ex *Fenestella & Liv.* probare velit *Mynsing. Comm. Inst. ad
§. 7. de J. N. G. & C. n. 1.* Prætores quasi Præceptores & principes
dici vult *Isidorus etymol. lib. 9. cap. 4.* notante *Gothofr. ad
Nov. 24. pref. lit. f.* quæ tamen duæ posteriores derivationes
ut pote longius quæsitæ primæ facile herbam erunt porrectu-
ræ, quod ipse Imperator Justin. confirmat in *d. Nov. 24.
prefat. ibi: Prætores vocabant appellatione illis ex eo indita,
quod cæteris omnibus præirent* olim enim Imperatores omnesq;
qui exercitui præerant appellati sunt Prætores, unde & Prætoria
porta & prætorium tabernaculum in castris dictum juxta *Con-
radum Lancellotum Tr. de off. Prætor. in pr. n. 1.* Post tamen hoc
nomen, antea commune iis qui præirent proprium esse cœpit
huic magistratui *Dn. Struv. in syntag. jur. civ. exerc. 4. th.
22.* Et hoc sensu

Primus omnium Prætor creatus est ex gente Patriciorum 30
Furius Camillus Liv. L. 7. cap. 1. pr. circa A. U. C. 386. quan-
quam alii velint 388. alii 389. alii 390. alii denique 396. vid.
Manz. Comm. Inst. ad §. 7. J. de J. N. G. & C. n. 9. paulo

tamen post improbitate Tribunorum, communicata est Præ-
tura plebi, primusque Q. Publius Philo ex plebe Prætor fa-
ctus Liv. *Lib. 10. c. 8.* Causam finalem cur Prætores creati red-
dit hanc Pompon. *l. 2. §. 27. ff. de O. J.* ut scilicet in ur-
be jus redderent, consulibus ad bella finitima avocatis;

4. Ex quo patet Consulibus eos fuisse subrogatos, hinc quoque
consulari pene functi sunt munere, eorumque collegæ haberi di-
cique coeperunt Gellius *Lib. 13. cap. 14.* Cic. *lib. 9. Epist. ad
Attic.* citatus à Barn. Briffon. *Tr. de form. lib. 2. pag. m. 134. in
med.* Paulo tamen major splendor ipsis consulibus remansit,
quippe quos 12. lictores cum fascibus præiverunt, Prætores ve-
ro tantum sex præcesserunt lictores Petr. Fab. *in Comm. ad l.
2. ff. de O. J.* Frantzk. *Comm. ff. tit. de off. Prætor. n. 16.* Claud.
Prævot. *de Magist. Roman. cap. 7. §. primus Prætor* quanquam
Sigon. *Tr. de judic. cap. 1.* ex lege Lætoria (cujus verba ibi re-
censet) probare velit duos tantum lictores Prætores Urba-
num comitatos fuisse. Reliqua Prætorum insignia recenset
5. Rosin. *lib. 7. Antiqu. Roman. cap. 11.* Qui Prætor etiam solus
Romæ jus dixit per 113. annos, cum vero cum populo auge-
retur litium numerus, multaque turba etiam peregrinorum
in urbem veniret, creatus est alius adhuc Prætor, qui ad
differentiam primi *Peregrinus* appellatus est, ex eo quod ple-
rumque inter peregrinos jus dicebat *l. 2. §. 28. ff. de O. J.* My-
sing. *ad §. 7. J. de J. N. G. & C. n. 5.* Sigon. *Lib. 1. de judic
c. 7.* Rosin. *d. cap. 11. in med.* qui creatus dicitur circa A. U. C.
501. Dn. Struv. *in syntagm. tit. de off. Prætor. tb. 27.* Quibus ta-
men non longè post quatuor alii Prætores adjecti qui in sub-
actam Sardiniam, Siciliam, Hispaniam & Narbonensem pro-
vinciam ad eas regendas missi *d. l. 2 §. 32. de O. J.* circa A.
U. C. 520. & 557. Frantzk. *d. t. n. 5.* quibus Cornelius Sylla
quatuor & Cajus Julius Cæsar duos adjecit Pompon. *d. l. §.
32.* Franc. Poletus *in hist. For. Rom. lib. 3. cap. 3.* Nova deinde
accessione Prætores auxit Octavius Augustus, qui sedecim con-
stituit *d. l. §. 32.* quos supplevit Divus Claudius, duos adjici-
endo, qui quod de fideicommissis & legatis jus dicerent, ap-
pellat

pellati sunt *Fideicommissarii* Eberlin *Tr. de Or. jur. cap. 30. n. 5. & 6.* ex quibus unum Divus Titius detraxit, Divus Nerva vero alium surrogavit qui inter privatos & fiscum jus diceret add. Pompon. *in d. l. 2. §. 23. Valent. Forst. in Hist. jur. civ. Rom. lib. 2. cap. 83.* & hi sunt illi 18. prætores de quibus loquitur Gothofr. *in not. ad l. 2. Cod. de off. Præt. & passim Dd.* Ex hoc tamen, tempore & autoritas & numerus Prætorum nimium quantum decrevit: Imp. enim Valent. & Mart. tres tantummodo Prætores ordinari debere præcipiunt, *in l. 2. ff. de Off. Præt.* Præterea Justinianus noster laudatissimus Princeps novum Prætozem constitui jubet *in Nov. 13. cap. 1. quem Plebis Prætozem* appellat, eiqve jurisdictionem corrigendi mores & abusum populi dedit, mentio quoque hujus Prætoris injicitur *in Nov. 79. cap. 2. ubi magnificentissimus vocatur.*

Adibus tamen hic Prætor tanquam novissimus non annumeratur octodecim illis de quibus modo dictū Dn. Struv. *exere. 4. th. 24.* Quam frequens alias juris Prætorii in corpore juris nostri mentio fiat, non potest non esse notissimum vel illi qui primis, quod dicitur labiis jus nostrum libavit, cujus origo Prætori urbano venit adscribenda, quæ omnia hic persequi instituti mei ratio non admittit, concessit potiora quæ Prætori nostro in jure adscribuntur Valent. Forster. *in hist. jur. civ. Lib. 2. cap. 83. cui jungi poterit Barnab. Brisson. Lib. 14. de Verb. Sign. sub voc. Prætor. & Tr. de formul. Lib. 3. Ubi potissimorum edictorum verba recenset. Sufficiat nobis dixisse, ejus potissimum officium in jure dicundo constituisse, cum hoc sine creatus sit, ut Consulibus advocatis jus in urbe redderet l. 2. §. 27. ff. de O. J. L. 1. §. 10. ff. de oper. nov. nunt. verb. quid enim aliud agebat prætor, quam hoc ut controversias dirimiret? add. l. 21. in fin. ff. de Reb. cred.*

Jus autem dixit vel inter duos litigantes vel non litigantes, & hoc quidem quoties actus voluntariæ jurisdictionis apud eum peragebatur, ut: servi manumissio *t. t. ff. de manum vindict. filii emancipatio l. ult. C. de adopt. Inter litigantes vel ipse vel dato judice jus dixit, juxta Cic. lib. 3. de LL. ubi Prætozem appellat.*

- appellat juris disceptatorem, qui privata judicet, judicariive jubeat Si ipse cognoscebat, jus extra ordinem reddere dicebatur, quod tamen rarius & non nisi in causis celerrimæ expeditionis fiebat Dn. Præses in *pracogn. jur. univ. cap. 1. §. 23.*
10. Regulariter verò & ordinariè jus dixit per judices, hinc Ulp. in *l. 3. in fin. ff. de jurisd.* motus videtur, jurisdictionem describere per licentiam judicis dandi, ut pote quod Prætoribus fuit frequentissimum Barn. Briffon *Tr. de form. lib. 5. pag. m. 416.* quanquam alii legere malint pro judicis dandi licentia, *juris dicendi licentia* Franciscus Poletus in *hist. for. Rom. l. 3. c. 1.* Gothofr. in *not. ad illam leg. lit. K. & L.* quæ quidem potestas judices dandi initio Prætoribus non competiit, & prorsus irregulare fuit hoc modo jus reddere Postquam tamen & autoritas Prætoris & causarum multitudo in dies majora incrementa cepit, Prætor tantæ causarum multitudini impar certas selegit personas, eorumque nomina in *albo*, quod inde *judicum* dictum proposuit. ut litigatores ex numero illo, quos de re sua judicare vellent, eligere, atque ut à Prætoe judices designentur, possent petere Georg. Eberlin, *Tr. de O. J. & omn. magistr. cap. 24. n. 8.* quos etiam Prætor certa formula præscripta decrevit, & hinc factum ut quod initio irregulare erat & extra ordinem fiebat, postmodum ordinarium factum, & contra si Prætor ipse cognoscebat extra ordinem jus reddere dicatur: Quanquam sub Imperatoribus mos ille judices dandi in desuetudinem abierit, quin imo Præsides & Prætores ipsi si judicari sunt jussi *l. 2. C. de ped. jud.* Quod si verò dati judices, non de jure sed facto tantum cognoscebant, & simpliciter formulæ præscriptæ inhærere necessum habebant Dn. Præses in *pracogn. jur. univ. cap. 1. §. 23.* Ex quò patet multum interesse inter Prætoem & judicem, ille enim est persona publica jurisdictione & coërcitione prædita hic est persona privata, cui tantum notio seu de facto cognitio competit, ille jus dixit, hic tantum judicavit Frantzck. *ad ff. tit. de Off. Prætor. n. 16.*
14. Et hinc differunt quoque *Jus & Judicium*, in Jure enim fieri dicitur, quod coram Prætoe ante datam formulam fiebat
- Sigon.

Sigon. *Tr. de judic. Lib. 1. cap. 7.* in iudicio fieri dicitur, quod coram iudice pedaneo expediebatur: Et hinc est quod Ulpian. *in l. 3. ff. ne quis eum qui.* dicat eximentem eum, qui vocatus ad iudicem pedaneum, poena ejus edicti non teneri. add. Bernh. Sutholt, *Diss. de jurisd. aph. 295. & 296.* Ast hodie officium Prætoris & iudicis est confusum Ludwell. *Disp. 17. Inst. th. 9. lit. b.* Dn. Præses in annot. ad §. 8. *J. de interd.* hoc tamen remansit, ut illa quæ olim coram Prætoře expediebantur hodie ante litem contestatam tractari soleant.

Sed redeundum ad Prætořem cui à Consulibus in rebus bellicis occupatis tota cura civitatis relicta est, ut pote qui in urbe manebat & de negotiis civium melius instructus erat Bolognet. *in rubr. C. qui admit. n. 11.* Hinc ejus autoritas tanta accessione indies augebatur, ut non tantum jus diceret, sed ipse quoque jus statueret in casibus à jure civili non expresse decisus prout ei æquum justumque videbatur Michaël Grass. *thesaur. opin. comm. §. bonorum possessor qu. 4.* juris quoque jam statuti interpretationem sibi arrogavit, imo & jus civile si ipsi minus æquum videbatur, ausus est corrigere *l. 7. §. 1. ff. de J. & J.* ubi jus Prætorium describitur quod sit à Prætoribus introductum *adjuvandi vel supplendi vel corrigendi* juris civilis gratia, id quod etiam feliciter expedivit, dum multa quæ legibus erant statuta faciliiori quâdam viâ ad exitum deduxit; alia verò quæ nimis angustis contineri terminis videbantur, ex æquitatis ratione extendit atque supplevit, alia denique quæ nimis rigorosa videbantur restrinxit ac aliis oppositis remediis correxit per edicta ab initio officii in tabula dealbata proposita, quod inde dictum *Album Prætoris* Dn. Præf. *in præcogn. cap. 1. §. 22.* Quamquam Gloss. Basil. velit tabulam fuisse nigram albis vero literis depictam, notante Dn. Strauch. *Diss. just. 22. th. 5.* & huc pertinet actio de albo corrupto de qua in *l. 7. ff. de jurisd.*

Diximus Prætořem correxisse jus civile ubi ipsi duriusculum fuit visum, hoc merito alicui dubium movere posset, ut enim prætori concedi possit potestas jus civile ad faciliorem

exitum deducendi, cum ad hoc, ut jus civile in civitate obser-
 vet ac regat, electus sit *L. 2. §. 13. ff. de O. J.* Imo & supple-
 di cum juris civilis viva vox dicatur *l. 8. ff. de J. §. 7.* Cor-
 rectio tamen ejus officio prorsus contrariari videtur, nam (1.)
 LL. condere non potuit *§. 1. J. de bon poss. Bach. ad §. 7. J. d. J. N. G.*
§. C. n. 1. Zuchard. in repetit. Rubr. C. qui admitt. n. 5. Jacob. de
Nigris in rep. d. Rubr. n. 2. Paul. Castr. ad rubr. C. qui admitt.
n. 2. Ergo nec latas corrigere (2.) Prætor fuit Magistratus
 juri dicundo præpositus *l. 2. §. 27. ff. de O. J.* jus autem dicen-
 dum secundum LL. & hinc vulgatum: *judex non de LLbus*
sed secundum LL. judicare debet can. 3. Dist. 4. nec is mitior
esse debet lege, si notam gravis infamiae evitare velit l. 8. in-
fin. C. ad L. jul. de Vi publ. & lex utut dura tamen sequenda
L. prospexit 12. §. 1. ff. qui §. à quib. man. lib. non sunt (3.) De-
 negant quoque expressè hanc facultatem Prætori *l. 12. §. 4. in fin.*
ibi: ne contra LL. faceret ff. de Publ. in rem. act. l. 1. §. 1.
ff. de feriis. Et denique (4.) LL. corrigere solius est Impe-
 ratoris *l. 2. C. de off. Præf. Præf. l. 1. §. ult. C. de LLbus.* quod
 verò solius est Imperatoris Prætor sibi arrogare non potest.

18. Hæc utut videantur satis speciosa, salva tamen rema-
 nebit Prætori potestas LL. civiles corrigendi, si diversum
 tempus, diversusque status reip. Romanæ probè separatur,
 qui ut vulgo notum, triplex fuit, primo Monarchicus, post De-
 mocraticus, deinde Aristocraticus & tandem iterum Monar-
 chicus, in primo & secundo statu Romani non habuerunt
 Prætores.

19. In Aristocratia vero eorum potestas fuit insignis, surro-
 gati enim sunt Consulibus *l. 2. §. 27. ff. de O. J.* Penes Senatum
 vero tunc temporis summa legum ferendarum potestas fuit
 per promulgata SCta, & hinc Prætor quoque per edicta sua
 jus ex arbitrio, pro æquitatis tamen ratione, constituit; LL.
 enim XII. Tab. nimis erant concisæ ac generales, ut non po-
 tuerint omnibus obvenientibus negotiis simpliciter appli-
 cari, ne alias ex summo jure summa oriretur injuria: Ra-
 tio insuper in LLbus XII. Tab. posita non nunquam nimis
 erat

erat subtilis & pugnans cum æquitate naturali, hinc Prætor
LL. XII. Tab. interpretabatur, hinc eas supplebat, hinc rigo-
rem juris alio aliquo remedio in Edictis proposito corrigebat
l. 7. §. 1. ff. de J. & J. quæ Edicta cum singularem præ se ferrent
æquitatem, non potuerunt non populo esse acceptatissima,
ex illisque jus sibi reddi petierunt, & hinc est, quod Edicta Præ-
torum non modicam juris auctoritatem obtinuisse dicatur in *§.*
Prætorum 7. J. de J. N. G. & C. observataque fuerint in hono-
rem tanti magistratus, qui ea proposuit *l. 7. §. 1. ff. de J. & J.*
l. 2. §. 10. ff. de O. J.

Adeoqve vim legis Edictis omnino tribuimus, licet non ²⁰
sint Leges. Zuchard *in Rep. Rubr. C. qui admitt. n. 7.* vocabulo
legis sumto in ea significatione quâ venit in *§. 4. J. de J. N. G.*
& C. cum nec constitutio Principis eo sensu lex dicatur, ut quod
à populo lata non sit; Uti eleganter demonstrat Hieron. Ca-
gnol. *in Rubr. C. qui admit. n. 31.* quis vero dubitaret, constitu-
tionem Principis minorem vim obligandi habere, quam Legem
à populo latam? Ita quoque edicta, licet in eo sensu LL. dici non
possint, eandem tamen vim obligandi habent, cum tacito
populi consensu edicta proponendi, & per ea jus constituendi
potestas Prætori concessa sit, Sebastian. Sapia *in repet. rubr.*
C. qui admitt. n. 3. Et hinc latius sumto vocabulo legis pro ju-
re & normâ à superiori præscriptâ, omnino sub ejus appellati-
one edicta continentur, quod confirmat Cic. *in Verrem* cita-
tus à Bach. *ad d. §. 7. Inst. n. 1.* Heig. *ibid. n. 5.* verba Cic. sunt:
qui plurimum Edicto tribuunt, eam legem annuam appellant.
add. Joan Bolognet. *in Rubr. C. qui admit. n. 28. §. in contra-*
rium ubi 10. fundamenta adducit, Prætozem legem condere
potuisse, add. Zuchard. *in rep. d. Rubr. n. 7.* Ut hinc edictorum ²¹
vis eadem sit quæ legum vel SCtorum, licet diss. Bach. *d. l.* ejus-
que affecla Vinn. *ad dict. §. 7.* dicentes, longè minorem vim
habuisse Edicta quam leges, quod quidem admitti posset de au-
toritate, ita ut major auctoritas competat legi, ut pote à toto
populo latæ & SCto, quod à toto Senatu constituebatur, at Edi-
ctum ab unica persona sc. Prætoze proponebatur; Sic Præto-

rum edicta quoque annua tantum erant, & cum officio exspirabant; legis contra vis ut & SCtorum perpetua erat, quamdiu tamen proposita & quoadiu Prætorum officium durabat, eadem omnino vim obligandi habuerunt, & hoc sensu minora legibus non fuerunt. Verum instas; si edictorum eadem vis quæ legum & SCtorum, cur Imperator negat Prætori potestatem heredem faciendi, quod tamen SCto concedit §. 1. *f. de bon. poss.* Respondet ad hoc Hunn. *ad Tr. Disp. 16. vol. 2. qu. 3.* Heredem fieri Dominum, quem Prætor tanquam Magistratus facere non potuit, cum per legem tantum dominus efficiatur: sed minus placet hæc responsio, ea enim admissa sequeretur, nec Senatum potuisse heredem facere, quod tamen Imperator ei concedit in *d. §. 1. ut taceam sententiam hanc, Prætorum Dominium facere non potuisse, juri minimè conformem esse, de qua quæst. agitur in cap. 3.* Sex diversas opiniones recenset Andr. Fachin. *Lib. 13. controu. cap. 29. & Lib. 5. cap. 72.* ubi & ipse suam subjicit sententiam, dicendo: Prætorum heredem facere non posse ipso jure sc: *civili*, decreto tamen Prætoris pro herede haberi eum cui data bon. poss. Sed & huic solutioni obstabit dubium hoc, cur heredem jure civili facere non possit, cum tamen asseramus, Edicta vim legis obtinere, per legem vero heredem fieri in aprico est: Placet ergo ad juris subtilitatem confugere, quæ illum propriè dici vult Heredem, qui à populo ejusve loco à Senatu vel Principe ad successionem vocatur, at Prætor cum non jussu populi jus constituat, nec ea potestas à populo in Prætorum expresse translata reperiatur. Cujac. *lib. 18. Obs. 38.* sed proprià autoritate sibi hanc potestatem iunserit, hinc heredem facere non potest in eo sensu, quatenus dicitur constitutus vel vocatus à lege vel SCto vel Principum constitutione, vid. Hieron. Cagnol. *in Rubr. C. qui admitt. n. 38.* imo & ipsi Prætores noluerunt successores suos vocare heredes, ad evitandam confusionem, sed placuit eis successores suos dicere bonorum possessores: In effectu tamen prorsus conveniunt, & uterque hereditatem omneque defuncti patrimonium consequitur *l. 1. 2. 3. ff. de bon. poss.* Idem innuit Impera-

Impera-

Imperator *in d. §. 1. §. eod.* dicendo: bonorum possessores loco heredū esse, licet non sint heredes strictè vocabulo sumto, quod si vero aliquanto generalius capiatur, sub voce heredis bonorum possessores quoque comprehenduntur *l. 138. ff. de V. S. ibiq;* Dd. Non secus ut antea dixi de edictis & lege, illa quidē habere vim legis, leges tamen strictè vocabulo sumto non esse. Placet ergo opinio eorum, qui dicunt vocabulum *heres* esse generale, ita ut sub se comprehendat heredem in specie & strictè sic dictum, & heredem Prætorium s: bon. pos. add. Vacon à Vacuna *lib. 3. Decl. jur. 48. n. 1.* ubi declarat hoc exemplo arrogationis & adoptionis Herm. Vultej. *ad pr. Inst. de B. P. n. 10.* alias easque varias variorum opiniones, cur Prætor heredem facere non possit, vid. apud Fach. *d. l. Joh. Harpr. & vulgo d. Comm. Inst. ad §. 2. tit. de bon. pos. Vacon. d. declar. jur. 48.* Hieron. Cagnol. *in Rubr. C. qui admit. n. 26. & 34.* Zuchard. *in Repet. d. Rubr. n. 8. & 9.*

Servamus igitur huc usque Prætori potestatem jus non tantum præter jus civile; sed etiam contra jus statuendi, & leges pro arbitrio corrigendi, hoc ipso tamen neutiqvam ei concedimus correctionem directam & violentam, ita ut possit jus civile mutare vel abrogare, quod asserit Mynsing. *Comm. Inst. §. 7. de J. N. G. & C. n. 2.* Claud. Prevot. *de Magistr. Roman. cap. 7. §. Post aliquot. in fin.* Diversum enim ac planè separatum jus est Prætorium à civili; *l. 7. ff. de j. & j. Sebast. Sapia in repet. rubr. C. qui admitt. n. 1. vid. supra n. 1.*

Proprium jus seu priorum Prætorum Edicta pro lubitū e- quidem mutare & abrogare potuit. Dn. Præses *in præcogn. cap. 1. §. 22.* usque ad latam legem Corneliam, quæ A. U. C. 686. promulgata, Sigon. *Tr. de judic. cap. 6. pag. m. 361.* Zæf. *ad ff. tit. de J. & J. n. ult.* Manzi9 *Comm. Inst. ad §. 7. de l. N. G. & C. n. 21.* Bolognet. *in Rubr. C. qui admitt. n. 13.* Vultej. *add. §. 7. n. 5.* quæ lege multum autoritatis ambitiosis Prætoribus ademptum, ita ut quod semel Calendis januariis edixissent, id in toto præturæ suæ & sequentium tempore observarent, Sigon. *d. l. quæ lex cum non sufficere videretur tantam Prætorum auto-*



ritatem ac potestatem infringere, tandem Imperator Hadrianus Salvium Julianum iussit confusa & dispersa haecenus Edicta Praetorum colligere, ac in certum ordinem redigere, id quod etiam factum *Edicti perpetui* nomine haec collatio denata fuit Böckelm. *ad ff. tit. de O. J. n. 10.* ad cuius edicti perpetui ordinem Digesta nostra sunt confecta, ut probat *l. 2. ff. de stat. hom.* Idq; commentario 36. libris constante illustravit Ulpianus Bolognet. *in d. Rubr. n. 13.* Vel verius secundum Jacob. Gothofredus. *81. libris* & hoc edictum universum ferè jus civile comprehendit Sigon. *d. Tr. de judic cap. 6.* tantaque polluit autoritate, ut ab eo appellari non potuerit Forsten. *Lib. 2. hist. jur. civ. cap. 83. n. 2. & 3.* juriqve operam daturi ab edicto hoc initiati sint Eberlin *Tr. de O. J. cap. 10.* Imo nec Praetori ipsi licuit ab hoc recedere, vel nova edicta proponere Dn. Frantzk. *Comm. ff. de O. J. n. 38.* Accidit enim hoc sub Imperatoribus, adeoque in statu Monarchio, in quo potestas Praetorum omniumqve magistratum magis magisque decrevit Dn.

27 Struv. *exerc. 4. th. 24.*

Quantum vero ad jus civile attinet, illud nunquam Praetor mutare potuit, cum jus civile, quatenus Praetorio opponitur, condere non potuerit, ergo nec corrigere; correctio enim illa inferret simul juris novi constitutionem & veteris abrogationem, quod Praetor facere non potest Busius *ad l. 8. ff. de J. & J. Bolognet. in Rubr. C. qui admitt. n. 14.* Id quod exemplo clarescet, finge enim aliquem metu coactum promississe 100. thaleros. quos petit postea metum inferens, quaeritur, an promissor huic sit obligatus? & reponitur quod sic de jure civili *§. 1. Inst. de except. Zoesl. ad ff. tit. quod metus causa n. 3.* cum coacta voluntas de jure civili etiam sit voluntas *l. 21. §. 5. ff. d. 1. ibique Dd.* Verum Praetor hunc consensum pro sufficienti non habet, sed per edictum succurrit promissori eiqve dat exceptionem quod metus causa *tit. ff. quod met. caus.* quo ipso tamen jus civile directò non correxit, vel abrogavit, ita ut dici possit: metu promittens jure civili obligatus non est, quia Praetor dat exceptionem; expresse enim contradicit Imperator *in*

§. 10.

§. 1. *de except.* ut hodiernum remaneat firma hæc conclusio; Me-
tu promittens jure civili obligatur, licet oppositâ exceptione
quod metus causa, hæc obligatio civilis nullum effectum pro- 92
ducat, & ita per indirectum jus civile mutetur. Placet aliud
exemplum in bonorum possessione secundum tabulas adduce-
re: pone enim alicui post conditum perfectè testamentum a-
gnatum fuisse heredem, qui tamen ante testatorem iterum de-
cessit, hoc testamentum jure civili non subsistit *pr. §. de exh.*
lib. quia semel fuit ruptum & vitiosum, quod tractu temporis
convalescere non potest *l. 210. ff. de R. §.* verum Prætor conce-
dit bonorum possessionem secundum tabulas *l. 12. pr. ff. de inj.*
rupt. & ita sustinet hoc quod expressè improbatur & pro nullo 30
declaratur à jure civili, Adeoque directo contra jus civile a-
git, Cagnol. *in Rubr. C. qui admit. n. 18.* contra quam putat Ba-
chov. *in not. ad Inst. §. Prætorum 7. n. 1.* ubi initio omnem po-
testatem jus constituendi Prætori denegat, consentiente Jac.
de Nigris *in rep. d. Rubr. C. qui admit. n. 3. & 4.* paulo post ta-
men admittit tandem, eum potuisse jus statuere præter leges, sed
non contra leges, eoque sine bonorum possessionem quæ da-
tur filio emancipato ita explicat, dicendo: *Lex XII. Tab. e-*
mancipatos quidem non vocat, eos tamen vocari & admitti di-
sertè non prohibet, sed hoc exemplum probat, Prætorum ad-
mittere interdum illos, quos lex in specie prohibet. Aliud
exemplum, ubi Prætor contra expressam dispositionem juris ci-
vilis aliquem ad bonorum possessionem admittit, est in posthu-
mo alieno herede instituto vid: *Zœf. ad ff. de J. & J. n. ult.* 31

Ut ut vero contra jus civile Prætor expressè quid statuat,
& scriptum in testamento rupto admittat ad bon. poss. eapro-
pter tamen jus civile directo non corrigit vel abrogat, ita ut dici
possit, testamentum agnatione heredis, eoque ante testato-
rem mortuo, ruptum jure civili subsistere, quia Prætor dat
bon. poss. ex tali testamento, sed hodiernum dicendum, tale te-
stamentum jure civili non subsistere, valere tamen jure Præto-
rio; Quæ assertio non in nuda subtilitate consistit, sed in effe-
ctu multum interest, præcipue in modo acquirendi bona de-

functi, & tempore, intra quod consequi ea possumus, uti ex progressu hujus Dissertationis patebit.

32 Quibus ita præmissis, haud difficilem spero solutionem, dubiorum supra n. 17. propositorum. Ad. enim respondetur, distingu. inter correctionem directam & indirectam, si sermo sit de illâ, argumentum utrâque largimur manu, cum nec nos tribuamus Prætori potestatem legem directò corrigendi, si vero de hac intelligatur, negamus consequentiam, cum facilius sit aliquod remedium contra leges suppeditare, quam leges ipsas corrigere, uti ex dictis hætenus patet *add.* Hieron. Cagnol. *in Rubr. C. qui admit. n. 28.* Ad dubium 2. reponitur, Prætorem non fuisse talem judicem, quales jam habemus, sed Magistratum, qui quidem initio juris dicendi causa creatus, post tamen ei tacito populi consensu concessum fuit, de rebus civilibus pro lubitu jus per edicta statuere, quod nostris iudicibus nullatenus competit, sed hi tenentur non de LL. sed secundum LL. præcisè jus dicere. LL. objectas, quæ Prætori facultatem aliquid contra jus civile statuendi adimunt, interpretamur de statu Monarchico & post latam legem Corneliam & Edictum perpetuum, à quo tempore nova edicta vel contra LL. aliquid statuere omnino non potuerunt, at nos, concedentes iis hanc potestatem, loquimur de statu Aristocratico & eadem hæc responsio sufficiens erit ad solvendum dubium, quartum Ita ut salva maneat Prætori facultas jus condendi & contra & præter leges.

33 Placuit vero eapropter hæc paulo altius repetere, quod fundamenti loco hæc potestas Prætoris in successione sua s. bonorum possessione supponatur, exhibuit enim nobis in hac materia, quicquid licuerit & potuerit, cum enim videret, jus percipiendarum hereditatum per LL. XII. Tab. angustissimis finibus constitutum esse, illud ex bono & æquo dilatavit & emendavit *pr. §. 6. quos autem 1. in fin. Inst. de bon. poss.*

34 *Adjuvit* scilicet jus civile Prætor monstrando faciliorem viam heredibus institutis, vel aliàs à jure civili vocatis ad delatam hereditatem perveniendi, concedendo eis bonorum possessionem.

nem.

nem sec. Tab. *Supplevit*, concedendo filio emancipato cognatisque bon. poss. *unde liberi, unde cognati*, hi enim lege XII. Tab. à successione videbantur exclusi. *Correx*it denique, concedendo filio emancipato præterito vel non legitimè exheredato bon. poss. contra Tab. non nullos quoque admittendo ad bon. poss. sec. Tab. qui tamen à jure civili ab hereditate repellantur, uti *cap. 4.* ostendemus. Et hæc omnia Prætor ex summâ æquitatis ratione præstitit; taceo & de jure civili interesse, ne quis sine herede decedat *arg. §. 1. J. quib. man. non lic.* Vasq. *de success. resol. lib. 1. §. 10. n. 2.* Ipsa tamen naturalis æquitas suadet defunctorum ultimas voluntates sanctè conservare, hisque qui pene domini sunt rerum paternarum, §. 2. *J. de her. qual.* aliquo modo succurrere, ne iis priventur. Accedit naturale votum Parentum, ut bona sua deveniant ad filios suos vel alios proximiores agnatos & cognatos *l. 7. pr. ff. de bon. damn. l. 7. in fin. ff. unde lib. l. 15. pr. ff. de inoff. test.* hunc naturalem instinctum Prætor secutus, etiam contra jus civile dictis casibus succurrit, dando suis successoribus bonorum possessionem.

Adeoque videndum jam quid sit bonorum possessio; & rectè ea describitur ab Ulpian. *in. l. 3. §. 2. ff. de bon. poss.* ubi dicitur: *jus persequendi retinendique patrimonii sive rei quæ cujusq. cū moritur fuit.* Ex quo patet vocabulū *Bonorum* hic non sumi naturaliter, pro eo quod deducto ære alieno superest, quemadmodum venit in *l. subsignatum 39. §. 1. §. l. 49. ff. de V. S. l. Non possunt 14. ff. de jur. fisc.* Sed civiliter, pro omnibus iis quæ in hereditate inveniuntur, hic supponitur *Zœl. ad ff. tit. de bon. poss. n. 1. Wissenb. ad ff. ibid. §. 1.* *Possessio* quoque hic in longè alià significatione, quam in tit. de acquirenda possessione usurpatur, denotat enim jus s. facultatem possidendi *per l. hanc 3. §. l. 119. ff. de V. S.* & hinc poterit esse bonorum possessor et si ne minimam quidem partem hereditatis possideat; imo licet nihil corporale in hereditate inveniatur, rectè tamen bonorum possessio agnosci dicitur *d. l. 3. §. 1. Anton. Mornac. ad d. l. §. Hereditatis* quod omnino secus se habet in possessione, de qua in

tit. de acquirenda possessione agitur, est enim hæc rei corporalis detentio, adeoque facti *l. denique 19. in fin. ff. ex quib. caus. maj. l. 1. §. furiosus ff. de A. vel A. P.* & hinc dicitur ab Ulpian. *in d. l. 3. §. 1.* corporis possessio; Hæc nostra vero juris. add. Meier. C. A. *ad tit. de bon. poss. §. 2.* Hug. Donell. *Lib. 7. comm. cap. 14.* Joh. Harprecht. *Comm. Inst. tit. de bon. poss. ad pr. n. 3.*

39 Solent aliqui in situ verborum differentiam aliquam inquirere, ita ut vocem bonorum-possessio capiant pro voce composita, & ita eam à possessione rerū distinguant vid. Treutl. *Vol. 2. Disp. 15. th. 1. lit. a.* Andr. Barbat. *in rep. Rubr. C. qui admit. n. 31. in fin.* Hier. Cagnol. *in d. Rubr. n. 5.* Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 2.* Schneidw. *Comm. Inst. de bon. poss. ad pr. n. 2. Coll. Arg. d. t. §. 2.* minus tamen hæc placet sententia, cum LL. id perpetuo non observent, sed sæpius possessionem rerum appellent bonorum possessionem ut in *l. 61. ff. de A vel O. H. l. 33. §. 1. ff. de Reb. aut. jud. poss. & contra hanc possessionem juris dicant possessionem bonorum l. 4. §. 1. ff. de off. ej. cui mand. & utraq; sæpissime possessio tantum vocetur Bach. *ad Tr. Disp. 15. vol. 2. th. 1. lit. a.* Ludvv. *Disp. 10. Inst. th. 6. lit. A.* in super nec alias verborum trajectio rerum significationem mutare solet Wissenb. *ad ff. lit. de B. P. n. 1.* Borcholt. *ad pr. Inst. de B. P. n. 4.* Hinc rectè monet. Joh. Harpr. *ad pr. n. 5.* Verbum hoc possessionis capiendum esse pro materia substrata, an sc. de successione, an de rerum detentione vox illa proferatur; illo casu est juris, hoc est facti.*

40 Describitur vero bonorum possessio per *jus*, quod vocabulum multiplici subtiliq; disputationi causam præbuit, an intelligendum de jure *quo* an *propter quod* persequimur patrimonium? prius placet Bart. *in l. 3 §. 2. ff. de bon. poss.* Decio *in rubr. C. qui admit. n. 50.* Alciat. *l. 4 paradox. cap. 2.* Fachin. *lib. 13. controuv. cap. 33. §. in hac questione* Posterius defendunt Ferdin. Vasqv. *de succ. part. 3. lib. 1. §. 10. n. 1.* Michael Graf. *in thes. opin. comm. §. bonorum possessio qu. 1.* Ludvv. *Disp. 10. Inst. th. 6. lit. B. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit de B. P. n. 3.* Joh. Harpr. *ad pr. 7. de B. P. n. 6.* Petr. Jacob, Aurelianens. *in practica aurea libellorum*

libellorum rubr. 150. n. 8. quibus & nostrum adjicimus calculum, intelligendo per *jus facultatem* à Prætoribus concessam, propter quam persequimur ac retinemus universum defuncti patrimonium, adeoque utilis in rem actionis fundamentum est, cui innitimur tanquam fundamento in possessoria hereditatis petitione B. Dn. Brunnem. *Comm. ff. ad d. l. 3. n. 2.* uti enim dominium jus est propter quod; rei vero vindicatio quod rem meam persequor ita & bonorum possessio jus est propter quod: Possessoria vero hereditatis petitio jus quo patrimonium defuncti persequor Forster. *Tr. de success. lib. 2. cap. 24. n. 2.* Schneidw. *Comm. Inst. ad pr. de B. P. n. 4.*

Dicitur verò porro in definitione *jus persequendi*, si scilicet patrimonium vel ejus pars ab alio possideatur; hoc tamen non generaliter capiendum, pro qualibet etiam civili persecutione, conveniret enim alias hæc definitio hereditati: sed restringendum ad persecutiones Prætorias, puta ad possessoriæ hereditatis petitionem B. Dn. Brunn. *ad d. l. 3. n. 3.* Meier. *C. A. de Bon. poss. §. 4.* Oldendorp. *class. act. 5. act. 6.* Retinendique additur, quo ipso alia adhuc differentia ab hereditatis petitione exprimitur; nullus enim heres, possidens bona defuncti, agere potest hereditatis petitione, cum ei semper obstet exceptio, *Intus habes quod petis*; Imo nec adversarium habere potest, cum ipse esset actor & reus: aliter verò se res habet in bon. possessione, quam petere possum, & si nihil mihi absit, petitur enim propterea ut juste possideam Alciat. *ad l. 138. ff. de V. S. n. 2.* & ne mihi hereditas aliquando auferri possit.

Cum vero non uno modo bon. possessio petentibus deferatur, hinc rectè ea dividi potest in *Edictalem* & *Decretalem*. Illa dicitur quæ de plano defertur, & ex sua natura causæ cognitionem non requirit: Hæc est, quæ ex sua natura causæ cognitionem desiderat Wesenb. *ad ff. de B. P. n. 11.* ibique Dn. Hahn. Bachov. *ad Tr. Diss. 15. vol. 2. tb. 2. lit. C.* Donell. *lib. 7. comm. cap. 14.* Ludw. *Diss. 10. ad Inst. tb. 6. lit. E.* Dn. Struv. *exerc. 36. tb. 9.* Dn. Brunnem. *ad l. 3. ff. de B. P. n. 5.* Quo sensu

fu nec suo in jure destituitur fundamento; Expressè enim in
l. 3. §. 15. & ult. ff. de Carb. edict. hæ species ut diversæ sibi op-
 ponuntur, quibus add. *l. 1. §. Decretalis 7. ff. de succ. edict. l. 2.*
§. 1. ff. quis ord. l. 1. §. 4. ff. Si tab. testam. null. ext. & hoc
 sensu hæc distinctio hodie communiter à dictis Ddbus appro-
 43. batur. A veteribus tamen interpretibus aliter descriptæ sunt
 hæ species, ut ipsis bon. poss. Edictalis esset, quæ petebatur ex
 edicto Prætoris mortui; Decretalis quæ ex edicto vivi Præto-
 ris desiderabatur vid. Accurs. in *l. 1. §. Decretalis ff. de succ.*
edict. Decius in rubr. *C. qui admit. n. 83.* aliique eo nomine
 citati à Joh. Harpr. *ad pr. 7. de B. P. n. 9.* & Grass. *thes. opin.*
Comm. §. Bonorum possessor qu. 3. in quâ sententiâ adhuc est
 Gothofr. in not. *ad rubr. ff. de bon. poss.* Ab hac tamen senten-
 tia merito discesserunt Neoterici, vel hoc moti ratiocinio,
 quod eâ admittâ sequeretur, omnes bonorum possessiones ex e-
 dicto vivi Prætoris esse deferendas cum causæ cognitione;
 Omnes verò ex edictis mortuorum Prætorum sine causæ co-
 gnitione esse agnoscendas, quod tamen oppido falsum: Por-
 ro sequeretur, post confectum perpetuum edictum nullam De-
 cretalem bonorum possessionem superfuisse, cum ab eo tem-
 pore, ut supra diximus, Prætoribus adempta fuerit potestas no-
 va edicta proponendi, Denique hoc admissio nec bonorum
 poss. unde liberi aliave edictalis à Prætoře vivo repudiari po-
 tuisset juxta *l. 1. §. 7. ff. de succ. edict.* quæ tamen omnia absur-
 da, add. Bach. *ad Tr. vol. 2. Disp. 15. th. 2. lit. A. B.*
 44. E contrario Forster. *Tr. de success. Lib. 2. cap. 27.* Mynsing.
Comm. Inst. de bon. poss. ad rubr. n. 10. unicam tantum esse
 bon. possessionem, nec rectè in edictalem & decretalem eam
 distingvi contendunt, seqq. rationibus (1.) Quod omnis bon.
 possessio sit edictalis, cum ipsa Decretalis quoque sit ex edicto
 Prætoris *l. 10. ff. de Carb. edict.* (2.) Uti qui semel heres factus
 amplius heres fieri non potest; ita & qui bon. possessor factus
 per edictalem, adhuc semel per decretalem possessor fieri ne-
 quit (3.) Quod illa quæ ex edicto à judice petitur & quæ ab
 eo defertur sit una eademque, & Denique (4.) quod Edicta-
 lis

lis causæ cognitionem requirat arg. l. 1. §. 14. ff. de ventr. in poss. mitt. l. 3. §. 4. ff. de Carb. edict. & (5.) Si distinguantur, nominalis tantum esset non realis differentia, Andr. Barbat. in Rep. Rubr. C. qui admit. n. 29.

Vix tamen assertam divisionem proposita argumenta 45
fringunt; ad 1. enim respondetur, non 7^o esse ex edicto, bon. possessiones distinguere, ut pote quod utriusque speciei commune est; sed modus deferendi dividit bon. poss. ex Edictis Prætorum competentes, in *edictales*, quæ causæ cognitione opus non habent, uti expresse asseritur in l. 7. §. 1. ff. de ventr. in poss. mitt. & *decretales* quæ sine decreto & causæ cognitione deferri nequeunt arg. l. 1. §. 7. ff. de succ. edict. adeoque Decretalis dicitur, non quod plane ex edicto non sit, sed quod hoc solum non sufficiat ad agnoscendam bon. poss. sed causæ cognitio insuper adhuc necessaria: non secus atque contractus consensuales dicuntur, non quod reliqui consensum respiciant, sed quod hi solo consensu perficiantur, reliqui vero ad sui perfectionem præter consensum adhuc aliud quid requirant; Ita quoque bonorum possessiones quæ præter edictum, & de plano factam agnitionem amplius quid requirunt, non edictales sed decretales veniunt appellandæ Donell. lib. 7. Comm. cap. 14. Willenb. ad ff. tit. de B. P. tb. 3.

Ad dubium 2. reponimus, majorem limitando, scilicet 46
qui semel bonorum possessor est factus, ex eodem edicto amplius fieri non potest, & ita concedimus, agnoscentē bon. poss. unde liberi opus non habere eam denuo agnoscere, ex diverso tamen edicto bon. poss. petere omnino potest, præcipue decretalem l. 1. §. 4. ff. unde lib. imo & certo casu eam adhuc petere debet per l. 3. §. 15. ff. de Carb. edict. Argumentum vero ab hereditate ad bon. poss. deductum, valet tantum in illis ubi Prætor non expresse contrarium disposuit. 3 arg. nihil contrarii nobis importat, sed ex malè intellecta divisione ortum est, supponit enim bon. poss. edictalem describi quod sit, quæ à Prætore vivo deferretur, Decretalis quæ ex edicto mortui deferretur, quod cum à nobis rejectum sit, hinc corrumpit

quoque objectio contra illam assertionem allata. Nec turbet aliquem, omnem bonorum possessionem coram iudice esse agnoscendam, ergo omnis erit decretalis; cum agnitio non faciat decretalem, sed causæ cognitio & decretum, quod in omni bon. poss. interponi necessum non est, adeoque omnis bon. poss. est agnoscenda, sed non omnis decernenda: Licet fateamur, interdum etiam ad edictalem accedere causæ cognitionem, hoc tamen non fit ex natura possessionis, sed ex accidenti, si scilicet initio statim contradictor appareat, cum coram iudice agnoscere volebat, ubi causa omnino, summarie tamen, cognoscenda Wissenb. *ad tit. de bon. poss. tb. 4. Bach. ad Tr. d. Diss. 15. tb. 2. lit. C. ad verba: illud addo.* Et hoc modo simul satisfactum videtur dubio 4.

47. Quintum vero his remotis vel sua sponte ruit, quod ut eo reddatur perspicacius, breviter subjiciemus potissimas differentias quæ in effectu inter bon. poss. edictalem & decretalem intersunt, nam (1.) Decretalis non potest dici delata nisi decretum fuerit interpositum, ut pote quod pro forma requirit *l. 1. §. 7. ff. de succ. edict.* ubi dicitur: *Decretalem bonorum possessionem diebus quidem finire posse* (h. e. Lapsu temporis præfiniti exspirat) *sed repudiari eam non posse*, additurque subtilis hæc ratio: *quia nondum delata est, nisi fuerit decreta*, postquam vero decreta est, fera nimis est repudiatio Wissenb. *ad tit. de succ. edict. tb. 19. Mornac. ad d. tit. §. Decretalis.* cum ille qui semel cum effectu heres vel bon. possessor factus semper maneat heres & bonorum possessor. *l. 7. §. 10. ff. de min.* Edictalis vero in momento mortis defuncti mihi delata est, modo jus eam petendi habeam, quæ etiam pro luctu repudiari potest. (2.) Decretalis non nisi coram magistratu & iudice competente; Edictalis vero etiam incompetente peti & agnosci potest *l. 3. §. 8. ff. de bon. poss.* Denique (3.) notabilis adhuc differentia est in tempore petitioni præscripto, ut ut enim utriusque 100. dies vel annus præfiniti, in edictali tamen omnes dies reputantur utiles, cum omni die coram quocunque iudice à sciente agnosci possit, in decretali tantum

tum illi censentur utiles, quibus Magistratus pro tribunali sedet, sui que copiam facit per *l. 2. §. 1. & seq. ff. quis ord. in poss. serv.* ibique Dn. Brunnem. Bach. *ad §. 6. Inst. de B. P. ad verba: in petenda* peti enim debet à magistratu competente & pro tribunali sedente, adeoque dies illi non sunt connumerandi quibus per petentem non stetit, quo minus eam sibi decerni rogaret. *d. l. 2.*

Edictalis bonorum possessio porro à Ddbus dividi solet. 48
in ordinariam & extraordinariam: illa dicitur quæ ex certâ edicti parte certoque personarum ordini defertur. Exemplo sit bon. poss. unde legitimi, quæ est ex certa edicti parte, certoque personarum ordini scilicet legitimis defertur: Hæc dicitur quæ ex novis legibus, SCtis, Constitutionibus Principum defertur B. Dn. Brunn. *in repet. parat. Wesenb. tit. de bon. poss. qu. 11.* Dn. Lauterbach. *in comp. jur. d. t. Dn. Hahn. ad W. eod. tit. n. 11.* Dn. Strauch. *Exerc. just. 11. th. 34. & 36.* Dn. Struv. *in syntag. jur. univ. d. tit. th. 10.* Dubium tamen alicui hic 49
 suboriri posset, quæ ratione edictalis in extraordinariam subdividingvi posset, cum tamen omnis edictalis sua natura sit ordinaria *l. 5. §. 3. ff. de leg. prest. l. 3. §. ult. ff. de Carb. edict.* ubi Carboniana opponitur ordinariæ s. edictali & pro synonymis habentur bon. poss. Decretalis & extraordinaria, item ordinaria & edictalis, cum omnis edictalis sit ordinaria Gothofr. *in not. ad l. 3. §. 8. ff. de B. P. lit. C.* Insuper bon. poss. quæ ex *l. 1. l. 9* datur, sua natura vaga est, Schneidw. *ad §. Septima 3. J. de B. P. n. 3.* & hinc non potest non causæ cognitionem requirere, quod si ita, nō edictalis sed decretalis est add. Joh. Harpr. *Comm. Inst. d. pr. de bon. poss. n. 9. & n. 18.* Bach. *ad Tr. vol. 2. Diss. 15. th. 2 lit. C.* Commodius igitur Decretalis subdividenda videtur in definitam & indefinitam, ita ut illa sit, quæ à Præatore certis casibus, certisque personis est promissa, exemplo sit Carboniana, quæ datur impuberibus si eis quæstio de statu & hereditate moveatur: Hæc quæ variis ex causis pro ut res & æquitas exigit à Præatore decernitur, & huc pertinet bon. poss. ex novis LLbus, Bachov. *in not. ad Inst. §. septima de bon. poss. Vinn. ibid.*

50 Pro salvanda tamen sententia Imperatoris *in d. pr. septima*,
 Doctorumque supra laudatorum dici potest: bonorum pos-
 sessiones ordinarias & extraordinarias dupliciter dici: (1.) ea
 est ordinaria quæ stabili jure connumeratur bon. possessioni-
 bus, vel ex testamento vel ab intestato: Extraordinaria quæ
 his annumerari nequit, & hoc sensu à Ddbus extraordinaria
 & vaga dicitur quæ à LLbus defertur, Mynsing. *ad S. septima*
3. de B. P. lit. A. Dn. Meier. Coll. Arg. tit. de bon. poss. tb. 5. Joh.
Cöppen in Usu pract. Inst. lib. 1. Obs. 178. n. 11. (2.) Ordinaria
 dicitur quæ nullam causæ cognitionem requirit, extraordina-
 ria quæ eam desiderat, & hoc sensu cum decretali, de qua jam
 tum actum, eadem est; verum in hac significatione, quæ ex
 legibus defertur, extraordinaria dici non potest, ut ipse Ba-
 chov. *ad Tr. Disp. 15. tb. 5. lit. E. verb. Habet autem.* Cum à
 Prætor sine causæ cognitione concedatur, & satis sit legem hoc
 velle, recte tamen inter extraordinarias refertur, quoniam
 non certo ordini aut certis personis, sed ut res exigit & lex va-
 riis casibus eam defert, ita Prætor se daturum pollicetur, sunt
 51 verba Bachov. *d. l.* Denique valde singularis est sententia,
 quam fovet Joan Bolognetus *in Rubr. C. qui admit. n. 27.* dicen-
 do: Non tantum duas esse bon. possessiones edictalem & decre-
 talem, sed etiam tres esse, & tertiam dicit corpus universale
 quod de se appellatur bonorum possessio & magis proprie, quia
 est subjectum propter quod dantur ille duæ, quæ effectualiter
 sunt qualitates hujus juris universalis pro acquirendo, sunt ver-
 ba Bologneti *d. l.* Verum videtur Bologn. confundere, obje-
 ctum cum ipsa bon. possessione; hereditas s. bona defuncti
 sunt objectum bonorum possessionis, quorum occupandorum
 jus mihi per bon. Poss. tribuitur, uti vero nō possum dicere, cen-
 tum thaleri quos mihi debet Titio sunt actio, licet actio eos pro-
 seqvatur; ita nec dici potest corpus universale seu hereditas de-
 functi est bon. possessio, licet bon. possessio mihi jus tribuat ea
 proseqvendi. Insuper hæc appellatio confundere videtur hanc
 materiam, ut loquitur ipse Bolognet. *d. n. 27. in med.* hinc me-
 rito hanc singularē opinionem rejicimus & in receptā à Ddbus

manemus. Denique bonorum possessio alia dicitur *cum re* 52
 alia *sine re*. Illa est cum quis agnitâ bonorum possessione sine
 obstaculo frui potest, Hæc est cum agnoscens bon. poss. patri-
 monium defuncti non consequitur, sed illud ex certo eventu
 speratum habet, *l. 25. C. de inoff. l. 8. unde lib. l. 12. pr. ff. de inj.*
rupt. & irrit. Dn. Struv. in syntag. de bon. poss. tb. 11. Dn. Brunn.
in repet. parat. Wes. eod. tit. qv. 11. Cujac. lib. 4. Obs. 24. Dn.
Lauterb. Compend. d. tit. in fin. res enim hic hereditatem s. pa-
trimonium defuncti denotant Althuf. Dicaolog. lib. 1. cap. 63. n.
18. Et huc pertinet bon. possessio filio emancipato exheredato
litis ordinandæ gratia concessa l. 2. C. de inoff.

Ultimo nec prætermittenda est divisio Imperatoris *in §. 53*
2. §. de B. P. proposita, ubi bonorum possessiones dividuntur
 in eas quæ competunt ex testamento, & eas quæ ab intestato de-
 feruntur, ad illas referuntur bon. possessio secundum Tab. &
 contra Tab. Ab intestato VIII. species recensentur *in d. §. 2.* qua-
 rum I. est unde liberi II. Unde legitimi III. Unde decem per-
 sonæ, Pater scilicet Mater, avus, avia, tam paterni, quam ma-
 terni, item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex fi-
 lia, frater sororve, consanguinei vel uterini, quæ decem per-
 sonæ à Præto extraneo manumissori sunt prælatæ IV. Un-
 de cognati. V. Tanquam ex familia. VI. Unde Patroni.
 VII. Unde Vir & uxor. VIII. Unde cognati manumis-
 foris. Ex quibus bon. possessiones ex testamento Imperator re-
 tinuit, de quibus agemus *in c. 4 & 5.* & ab intestato unde liberi,
 unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, de quibus *in c. 6.*
 Reliquas abrogavit *§. 3. §. d. t.* Quales vero abrogatæ illæ
 fuerint & quibus competierint; videri poterit apud Bachov. *in*
not. ad §. 2. §. de B. P. Sigon. de judic. lib. 1. cap. 15. Zœl. ad ff.
tit. de B. P. Coraf. lib. 6. Miscell. cap. 9. n. 8. quo nos, cum nul-
 lum usum hodie præsent, remittimus, & ejus loco tractaturi
 sumus requisita observanda in omni bonorū possessione, si quis
 patrimonium defuncti acquirere, & acquisitum tutò posside-
 re ac retinere velit. Sit igitur

CAP



CAPUT II.

DE SUCCESSIONIS PRÆTORIÆ REQUISITIS.

SUMMARIA.

P ersona primùm inquirenda, hinc	1.	Hac agnitio olim erat solennis	15.
I. Requiritur persona habilis	2.	An opus sit caput agnitionis exhibere	16.
Quaedam personæ inhabiles ad adeundam hereditatem bon. poss. rectè agnoscunt	3.	Agnitio factò fieri potest	17.
l. 12. ff. de B. P. explicatur	4.	Possessoriam hereditatis petitionem instituens, agnovisse videtur	18.
II. requiritur delatio	5.	Agnitio coram quocunque iudice fieri potest	19.
Que vox dupliciter capitur	6.	Non tamen coram Notario	20.
An infanti & ignoranti deferatur	7.	Utile agnitionem inseri protocollo	21.
An furioso	8.	B. P. Decretalis requirit iudicem competentem	22.
An B. P. Decretalis dicatur delata	9.	IV. Agnoscenda intra tempus prescriptum	23.
Quomodo hic delata dicatur	10.	Cur liberis plus temporis in dultum sit	24.
An B. P. heredibus civilibus deferatur	11.	Quomodo hi dies computandi	25.
An B. P. deferatur remotioribus successoribus	12.	Hoc tempus utile & continuuum dici potest	26.
Quid his proffit delatio	13.		
II. Requiritur Agnitio coram iudice	14.		

In

In Decretali dies sessionum nu- merandi	27.	tempus	47.
B. P. ignorantia factum non cur- rit	28.	Agtori hoc onus injungitur	48.
An hac ignorantia prasumat	29.	Adversariorum fundamenta adducuntur	49.
Ignorantia juris non prodest, ne mulieri quidem	30.	Eadem remouentur & primum Secundum	50.
Si peritiores consulere potuerit	31.	Tertium	51.
L. 8. C. qui admit. resoluitur	32.	Agnitionem affirmans licet pos- sideat probare debet	52.
Alterius scientia alteri non no- cet	33.	Ad contraria Resp.	53.
An patri noceat scientia filii	34.	Quamdiu profit Possessio	54.
Dubia proponuntur	35.	Nec ex longo tempore agnitio intra legitimum tempus fa- ct	55.
Et resolvuntur	36.	Et prasumitur	56.
Filii repudiatio ante lapsum tempus Patri non obest	37.	Quid fuerit Edictum Prætori- um	57.
Patris scientia filio non nocet	38.	Prætor exclusum ab uno capite admittit ex alio	58.
l. 7. §. 2 ff. de B. P. explicatur	39.	Grassus notatur	59.
Pupillo nocet scientia tutoris	40.	L. 3. C. de J. & F. J. resoluitur	60.
Tutor tamen hoc nomine pupillo tenetur actione tutelæ	41.	L. 7. pr. ff. Unde lib. explicatur	61.
Ad l. 5. ff. de J. & F. J. Resp.	42.	Filius expressè repudians B. P. Unde liberi, adhuc succedit unde Agnati	62.
Eadem obtinent in minore & municipibus	43.	An filius ex capite unde cognati preferatur agnato.	63.
Furioso scientia curatoris non o- best	44.	Edictum successorium locum ha- bet tantum ab intestato	64.
Hoc tempus præcisè obseruan- dum	45.	Dicta de excluso ab uno capite, non procedunt in herede civi- li.	65.
Etiam hodiè & in Saxonia.	46.	In praxi liberis 90. anni ad here- di-	
Quis probare debeat agnitionem factam esse intra legitimum			

<p>ditatem petendam indulgen- tur Hac sententia ad extraneos ex- tendi non debet</p>	<p>Nec ad filium repudiantem 68. 66. An iudex hoc tempus coarctare possit. 69. 67.</p>
--	--



Um parum sit jus nosse, si per-
sonæ, quarum causa constitutum est,
ignorentur, juxta Imper. §. ult. Inst. de J. N.
G. & C. nec ante juris ratio, quam persona
inquirenda l. Quidam 14. ff. de jur. Codicill. Hinc merito ad ob-
tinendum defuncti patrimonium ex beneficio Prætoris requi-
ritur.

2 I. PERSONA HABILIS ad agnoscendum; aliquas
enim personas habiles non esse, probat Rubr. C. qui admitti ad
bon. possessionem possunt, frustranea siquidem esset hæc positio, si
omnes admitterentur Jacob. de Nigris in repet. d. Rubr. n. 9. add.
l. 12. & 13. ff. de B. Poss. Generaliter tamen ad agnoscendam
bon. possessionem quilibet censetur habilis, qui non reperitur
prohibitus Hiern. Cagnol. in Rubr. C. qui admit. n. 52. Andr.
Barbat. in Repet. ejusd. Rubr. n. 3. adeoque repellendus non est
procurator l. 3. §. 7. ff. de B. P. fœmina quoque, imò & ser-
vus ad agnoscendam bon. possessionem admittuntur l. 7. pr. ff.
d. t. nec mutus, surdus vel cæcus ab agnitione removentur,
modo quid agatur intelligant l. 2. ff. de B. P. Fur. infant. & pau-
cis me expediam: Quicumque hereditatem sibi delatam de jure
civili adire, ille & bon. possessionem sibi competentem agno-
scere potest. Sic pater vel tutor uti hereditatem infanti dela-
tam adeunt, ita quoque ejus nomine bon. possessionem com-
petentem petunt l. 18. pr. & §. 2. C. de jur. delib.

3 Negativè tamen dictum axioma non procedit, ita ut pos-
sim dicere: Quicumque hereditatem adire non potest, ille nec
habilis est ad agnoscendam bon. possessionem; præterquam
enim quod Prætor plerumque vocet jure civili ignotos, admit-

tit

tit quoque tutorem solum nomine pupilli infante majoris bon. possessionem agnoscentem *l. 7. & 8. ff. de B. P.* Pupillus quoque infante major sine tutore bon. possessionem petere potest *l. 18. C. de jur. delib.* & filius patre ignorante possessionem rectè agnoscit *l. 1. C. qui admit.* item furiosi curator, hereditatem furioso delatam ejus nomine agnoscere potest & debet *l. ult. C. de jur. delib.* quæ personæ de jure civili hereditatem adire non possunt, & hinc de his casibus agendi occasio affulgebit *in cap. ult. hujus Disp.* In plurimis tamen dictum assertum etiam negativè procedit, sic omnes illi qui se ob delictum aliquod reddiderunt indignos hereditate, de quibus agitur *in tit. ff. de his quib. ut indign. & tit. ff. Si quis aliqu. test. prob. vel coëg.* nec jure Prætorio ad agnosendam bon. possessionem admittuntur, quo pertinent capitali poenâ damnati *l. 13. ff. de B. P.*

Ad hos quoque restringo *l. 12. §. 1. ff. eod.* quæ negat iis bon. possessionem, qui in specie à lege prohibentur, ob propriam culpam & delictum intellige, alias enim dicti modo textus refragarentur, quod admittendum non est, sed lex ex lege explicanda. Ratio quoque cur Prætor hos non admittit non adeo in obscuro est, quia scilicet delinquentes & delicta non merentur beneficia singularia, sed poenas *l. i. §. 1. ff. de J. & J.* His vero, quos Prætor contra juris civilis rigorem vocat & admittit, summa æquitas hereditatem assignat, sine qua Prætor majestatem legis non convellit *l. 12. §. 4. ff. de Publ. in rem act.* Heig. ad §. 7. *Inst. de J. N. G. & C.*

II. Requisitum bon. possessionis obtinendæ est, ut personæ habili SIT DELATA arg. *l. 1. & 5. C. qui admit.* Cothman. *Lib. 2. Resp. 51. n. 79.* Germ. daß der Anfall geschehen / & in genere quidem delata dicitur statim à morte ejus, de cujus bonis quæritur Bachov. *ad Tr. Disp. 15. vol. 2. th. 6. Lit. A. §. A. lia est questio.* Si vero ulterius quærat, cui dicatur delata? responsio difficultate non caret.

Pro ejus tamen enodatione præmittimus; vocabulum *delata* vel deferre dupliciter potissimum in jure nostro usurpari, (1.) Delata dicitur idem ac vocata *tit. Inst. de hereditatibus*

quæ ab intestato deferuntur i. e. qui vocentur & admittantur ad successionem ejus, qui ab intestato decessit, & sic bon. possessio delata dicitur iis, quos Prætor ad successionem suam vocat *l. unic. C. Quando non petent. part. pet. accresc* Michaël Grass. *thes. Recept. Sen. §. Bonorum Possessor qu. 13. n. 3.* Licet propter aliquod impedimentum à personâ vocatâ agnoscere non possit, Jacob. de Nigris *in Repet. l. 1. C. qui admit. n. 3.* Deinde & (2.) hæc vox delata aliquanto strictius usurpatur, ita ut bon. possessio iis delata dicatur, qui agnoscendo bonorum possessionem bona defuncti consequi possunt arg. *l. 151. ff. de V. S. Cothm. d. Resp. n. 79.* quod si ergo impedimentum aliquod adsit vel in personâ vocatâ vel in ipsâ successione, ob quod agnoscere bon. poss. non potest, strictè loquendo bon. poss. delata non dicitur, Hieron. Cagnol. *in l. 1. C. qui admit. n. 21.* Bachov. *d. th. 6. lit. A.*

7 Quod si igitur incidamus in quæstionem à veteribus valde agitatam, an infanti & ignoranti hereditas delata dicatur? vid. Hieron. Cagnol. *in l. 1. C. qui admit. n. 22. & seq.* Sebast. Sapia *in Repet. ejusdem leg. n. 5. & seq. aliosq. citatos à Fachin. lib. 13. Contr. c. 37.* Respondemus, bonorum possessionem infanti & ignoranti delatam non esse in ea significatione qua venit in *d. l. 151.* Infans enim bon. poss. agnoscere non potest, nec agnitam acquirere; ita nec ignorans, quamdiu ignorans, bon. poss. admittere potest, nec patrimonium defuncti consequi. In prima vero significatione his delata omnino est, vocat enim Prætor infantes & ignorantes ad bonorum poss., per *tit. de B. P. furioso infanti* & hinc infantis nomine B. P. agnoscere potest *l. 7. §. 1. ff. de B. P. l. 1. ff. de B. P. fur. inf. l. 3. C. qui admit. l. 18. pr. C. de jur. de lib.* Absenti quoque & ignoranti B. P. peti potest *l. 3. §. 7. ff. de B. P. l. 7. pr. ff. eod.* quod fieri non posset, nisi his delata esset, seu nisi à prætore vocati essent; Accedit quod tempus bon. possessionis petendæ ignorantibus non currere dicatur in *l. 2. pr. & §. 1. ff. quis ord. l. 2. C. qui Admit.* Quod frustra diceretur si non esset delata Fachin. *d. cap. 37. in fin.*

Furioso

Furioso quoque communiter bon. possess. deferri ne-
gant, per expressam *l. 1. §. 5. ff. de Succ. edict.* ibi: *Furiosicura-*
tor nequaquam poterit repudiare, quia nondum delata est.
Verum & hunc §. explicandum putamus secundum *l. 151. ff.*
de V. S. ut in secundo significato delata non dicatur; furi-
osus enim, quamdiu infurore manet, agnoscere B. P. non
potest, & licet curator ejus eam admittere debeat, bona de-
functi tamen furioso perfectè non acquirit. Furioso verò
in prima significatione B. P. deferri probat *tit. 8 l. 1. ff. de*
B. P. furioso competente i. e. delatâ Hier. Cagnot. *in l. 1. C. qui*
admit. n. 21. probat quoque id ipsum *l. ult. C. de Cur. fur. §.*
d. l. 1. quæ curatorij injungunt agnitionem, quæ tamen agni-
tio fieri non posset, nisi à Prætore furioso delata esset. Alia
vero quæstio est, an agnita à curatore B. P. ad heredes furiosi
transmittatur, de qua agatur in *cap. ult.*

Restat adhuc dicendum, quo sensu Decretalis in *l. 1. §. 9*
Decretalis 7. ff. de succ. edict. non ante delata dicatur, quam
fuerit decreta, & itidem hic ad explicatam diversam acce-
ptionem hujus vocabuli *delata* recurrimus, dicendo: Hoc pro-
cedere in significato posteriori, quo delata dicitur, quam
agnoscendo sine impedimento consequi possum, & ita Decre-
talis delata non dicitur, nisi fuerit decreta, per solam agni-
tionem enim hæc non acquiritur, nec sufficit ad obtinendum
defuncti Patrimonium sola animi declaratio, se velle defun-
cti esse successorem, sed Prætoris cognitio & decretum insu-
per adhuc desideratur, quod antequam interpositum, agno-
scens bonis defuncti nec frui nec delata dici potest, cum in-
certum sit an Prætor per decretum eam sit delaturus. Quod
si vero in prima significatione supponatur, dubium nullum
quin decretalis quoque delata dici possit ei, qui jus eam pe-
tendi à Prætore habet Grass. §. *Bon. Possessor qv. 13. n. 3.* &
hanc assertionem non obscure confirmat vox *finiri* in *d. §. 7.*
posita ibi: *Et quidem diebus finiri potest.* Si enim prorsus
delata non esset, nec dici posset eam finiri, Zuchard. *in Rep.*

- Rubr. C. qui admit. n. ult.* quod enim initium nullum habet, nec potest finiri, & nonentis nullæ sunt qualitates.
- 10 Redeundum jam est ad requisitum nostrum 2. per quod desideratur ut bon. poss. sit delata, ubi itidem hanc vocem in prima significatione supposuimus, ut idem denotet ac à Prætorè vocatum esse ad successionem defuncti, qui enim vocatus non est, repellitur. Adeoque affines non admittuntur, cum iis successio non deferatur *l. 7. C. Comm. success.* Ita nec cognati spirituales ad agnoscendam B. P. admittuntur, Rittersh. *ad Nov. part. 7. cap. 3. n. 10.* cum nec his aliqua successio promissa sit.
- 11 Defert autem Prætor nonnunquam B. P. contra vel præter jus civile, de quibus in progressu agendum, generaliter vero omnes ac singulos, quibus jure civili hereditas promittitur, ad agnoscendam B. P. admittit Cagnol. in *Rubr. C. qui admit. n. 12.* vid. *l. 2. §. 4. ff. unde Legit.* Idque hoc effectu ut beneficiis successoribus Prætoriiis competentibus frui possint, modo intra legitimum tempus eam agnoscant, Prætor enim supplendi & adjuvandi juris civilis gratia quasdam bon. possess. introduxit *§. 1. Inst. de B. P.* & non minus suos quam ex legibus civilibus vocatos successores tuetur, si legitime auxilium suum implorent.
- 12 Diximus vocem *delata* in hoc requisito in latiori significatione venire, ut comprehendat vocatos à Prætorè, licet hereditate frui nondum possint; hoc jam proderit, si quærat, an remotioribus agnatis & cognatis, quamdiu proximiores eos antecedunt, bon. possessio delata sit & per consequens an eam rectè admittant, quod si enim his delata nondum est, nec agnosci potest, per hætenus dicta, verum juxta *d. l. 151. delata nondum est*, Ergo. Et sane in hoc significato delata non est, sed in primo, quod tamen sufficit ad agnoscendum. Olim equidem remotioribus hæc facultas agnoscendi denegata fuit, ut patet ex *l. 42. §. 2. ff. de bon. libert.* ibi: *Qui sequentis gradus sunt non admittuntur interim, cum enim precedit alia possessio, qui sequitur accipere non potest*, add: *l. 70. ff. de Acqv. vel*

vel Omit. Her. Hæ tamen LL. per *l. ult. C. qui admit.* mutata, quæ permittit remotioribus facultatem intra tempus prioribus designatum bon. poss. agnoscendi, ita tamen ut sit sine re, h. e. quamdiu proximior ob stare potest, commoda hereditaria non consequitur Hunn. *ad Tr. Vol. 2. Diss. 16. tb. ult. lit.*

A. Quod si igitur alicui placeat, nullam correctionem per *d. l. ult.* factum esse, statuere; poterit *l. 42. & 70.* intelligere de bon. possessione cum re, *L. ult.* vero de agnitione quæ est sine re. Verum nos cavillari, inquis, concedendo remotiori bon. possessionis agnitionem, commoda vero agnitionis negando, quid hoc aliud, quam una manu adstruere, altera iterum dejicere? Reponimus ergo utilitatem hujus assertionis consistere in hoc, quod, si forte proximior tempus sibi præscriptum negligat, nõ teneatur de novo B. P. agnoscere, sed illa quæ properantius agnita retrotrahitur ad tempus perfectè factæ delationis *d. l. ult. C. qui admit.* Donell. *lib. 7. Comm. cap. 14.* Treutl. *Diss. 15. vol. 2. tb. ult. lit. A. ibique* Bachov. & Hunn. B. Dn. Brunn. *ad l. ult. C. qui admit. n. 5. & seqq.* Hier. Cagnol. *ad d. l. ult. n. 37.*

Progredimur ad III. Requisitum, quod est ut persona cui ¹⁴
B. P. delata EAM AGNOSCAT CORAM JUDICE h. e. persona agnoscens se declaret coram iudice, quod velit esse successor defuncti, cujus agnitionis seu declarationis hodie summa necessitas est Zuchard. *in Rep. Rubr. C. qui admit. n. 53* quæ omissa nec patrimonium defuncti acquiritur nec transmittitur Dn. Carpz. *p. 3. C. 14. d. 23. n. 1.* imò sine hac agnitione nemo B. Possessor seu Prætorius successor dicendus, ut ex Angel. *Conf. 94.* probat Joan Bertachin. *in repert. sub voc. Bon. Possessio*, Et olim quidem hæc agnitio facienda erat coram Prætoře; hodie tamen coram quocunqve Magistratu expediri potest *d. l. ult. C. qui admit.* Oldendorp. *Clas. act. 5. act. 6.* Mantica *de Tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 9. n. 13.*

Et olim quidem solemniter petenda erat *l. 1. C. Comm. de* ¹⁵
succ. quæ solennitas in certa formula, certa que verborum conceptione constitit; post vero verborum inanium captiones fuerunt

erunt exclusæ, & qualiscunqve testatio amplectendæ hereditatis pro sufficiente declarata fuit *l. ult. C. qui admit.* Hinc hodie nullo decreto opus est B. Dn. Brunn. *ad d. l. ult. n. 1.* Petr. Jacob. Aurel. *in pract. aur. libell. Rubr. 150. n. 8.* Besold. *in delib. jur. ad lib. 37. ff. qv. 1. §. Sed tamen.* Nec partis adversæ citatione Andr. Barbat. *in Repet. Rubr. C. qui admit. n. 87. & seqq.* Mich. Graf. *Recept. Sent. §. Bon. Possessor qv. 8.*

16 Nec opus habet pars agnoscens exprimere, ex quonam capite agnoscat Hier. Cagnol. *in Rubr. C. qui admit. n. 97. & seqq.* Quamquam dissentiat Christin. *Dec. 1. n. 7. & 8.* Zuchard, *in Repet. Rubr. C. qui admit. n. 81. & seqq.* Gisebert. *in Justiniano harmonico tit. de B. P. n. 254.* Barbat. *in Rep. d. Rubr. n. 72. seqq.* fundantes se in *l. coram 209. ff. d. V. S.* ex qua probatur, eum, cujus præsentia requiritur, præsentem quoque intelligere debere quid agatur, cum aliàs pro præsentem haberi non possit; verum iudex præsens & audiens hunc velle esse successorem defuncti, satis intelligit quid agatur. Nec obstat, quod regerit Christin. *d. Dec. n. 8.* Zuchard. *ad d. Rubr. n. 82.* iudicem tamen non distincte intelligere; Sed neque hoc opus est, cum iudex nihil agat, nisi quod me voluntatem meam declarantem, audiat, quæ declaratio eo etiam invito fieri potest Grass. *d. §. Bon. Possessor qv. 9.* ubi hanc dicit communem.

17 Imo ipso facto hæc declaratio in iudicio fieri poterit, si scilicet in iudicio actum aliquem expediat, qui sine agnita bona possessione expediri non potest, si v. g. debitorem hereditarium proprio nomine conveniat, & debitum ab eo in iudicio recipiat, Christin. *d. Dec. 1. n. 7.* Graf. *d. qv. 9.*

18 Eadem ratio est, si in iudicio possessoriæ hereditatis petitionem instituat, cum hanc instituere non possit nisi agitâ bona possessione, ergo præsumitur hac ipsa actione instituta eam agnovisse, Cagnol. *ad d. Rubr. n. 98.* Fachin. *lib. 6. contro. cap. 58.* & hanc opinionem communem dicit Mich. Grass. *§. Bon. Possessio qv. 10.* Et qui vult consequens, velle videtur necessarium antecedens arg. *l. 56. & 62. ff. de procur.* Barbof. *Locupl. L. 3. cap. 55. ar. 3. & ibi alleg.* imo et si B. Possessor coram iudice

judice dixerit: *Adeo hereditatem*, nihilominus bon possessionem agnovisse cesendus Bolognet. *ad l. ult. C. qui admit. n. 7.* nec agnoscenti nocebit, si caput vitiosum in agnoscendo exprimat, cum illa quæ planè abesse possunt, si vitiosè adsint, actum non vitient, add. Cagnol. *ad d. Rubr. n. 105.* quanquam dissent. Barbat. *ad d. Rubr. n. 81.*

Hoc certum, judicem qualemcunque sufficere, nec desiderari competentem, per *l. ult. C. qui admit.* Sed coram quocunque jurisdictionem habente hæc declaratio fieri potest Joh. Althuf. *Dicaolog. lib. 1. cap. 63. n. 4.* Donel. *lib. 7. Comm. cap. 14.* Dn. Struv. *exerc. 37. tb. 8.* Cagnol. *in l. ult. C. qui admit. n. 9. & seqq.* Est enim hæc agnitio voluntariæ jurisdictionis *l. 1. ff. de jurisd.* Joh. Strauch. *Exerc. just. 20. tb. 1. circa fin.* & hinc in transitu eam agnosci posse vult Barry *de success. lib. 12. tit. 7. n. 2.*

Cū igitur sola animi declaratio sufficiat, quæri posset, an hæc rectè fiat coram Notario & testibus, coram quibus contractus, pacta & testamèta fieri rectè solent. Negandum tamè hoc cum Schneidw. *ad §. fin. Inst. de B. P. n. 5.* Bolognet. *in Rep. l. ult. C. qui admit. n. 10.* cum in specie autoritas judicis, seu ejus qui saltim voluntariam jurisdictionem habet, ad hanc agnitionem requiratur, quam Notarius præstare non potest.

Quod si agnitio coram judice facta, utilis, imò ad probandum necessarium videtur, ut agnoscens curet protocollo inferi hanc agnitionem Schneidw. *d. l. n. 5.* si enim post agnitam B. P. interdicto *Quorum Bonorum* vel possessorià hereditatis petitione uti velit, necessum habet probare se legitime coram judice bon. poss. agnovisse *l. ult. C. qui admitt.* Mantica *de conject. l. 12. cap. 15. n. 13.* Jacob de Nigris *in Rep. Rubr. C. qui admit. n. 13. vid. latè infra n. 47. & seqq.*

Dicta huc usque de nuda voluntatis declaratione, quod ea ad agnoscendum sufficiat, obtinent in bon. Possessione Edictali, aliud enim obtinet in Decretali, quæ sua natura causæ cognitionem & decretum requirit per dicta supra *cap. 1. n. 42. & seqq.* adeoque in hac decernèda hodiernum partis adversæ citatio, cau-

E

sa co-

sa cognitio, tribunal, decretum & iudex competens requiritur *l. 3. §. 8. ff. de B. P. l. 2. §. 1. ff. Quis ord. Hunn. ad Tr. Diss. 16. vol. 2. tb. ult. in fin. Donell. lib. 7. comm. cap. 14. pag. m. 168. Dn. Brunnemann. adl. ult. C. qui admit. n. 4.*

23 IV. Denique requiritur ut agnitio fiat INTRA TEMPUS PRÆSCRIPTUM §. ult. *Inst. de B. P. ibi: intra statuta tamen tempora. l. ult. C. Qui admit. Michael Grassus Recept. sent. §. Bonorum possessio quest. 7. n. 1.* Diversum vero tempus statutum est liberis & parentibus, diversum reliquis collateralibus; & illis quidem anni spatium concessum est, his vero tantum 100. dies §. 4. *in fin. Inst. de B. P. l. 1. §. 12. §. ult. ff. de Succ. Edict. l. 4. C. qui admitt. Menoch. Conf. 201. n. 73. Joh. Cöppen. lib. 1. Obs. pract. 178. n. 14. Joh. Philipp. in Usu-pract. Lib. 3. tit. 10. Eclog. 34. n. 3.*

24 Et liberis quidem Prætor longius tempus eapropter indulget, quia ad propria penè bona veniunt *l. 1. §. 12. ff. de Succ. edict. add: §. 2. Inst. de Her. qual. Mornac. ad ff. tit. de Succ. Edict. §. Largius.* Quæ ratio prægnans satis cessat in collateralibus, adeoque his minus temporis dedit, centum scilicet dies.

25 Qvi tamen ita sunt numerandi ut centum illi, quibus proximior bon. possess. petere & sequentem excludere potuit, non annumerentur sequenti, sed his 100. omissis alii centum ipsi numerandi, qui si iterum præterlapsi, ulteriori agnato denuo 100. dies sunt concedendi *l. fin. §. fin. ff. Quis ord. Vasqv. de succ. resol. L. 1. §. 10. n. 11. Salycet. ad l. ult. C. Qui admit. pr. §. n. 1.* nisi proximior mortuus sit vel bon. possessionem repudiaverit, quo casu à die mortis vel repudiationis ejus, qui præcedebat, numerandi sunt dies sequenti *l. 1. §. 8. ff. de Succ. Edict. l. 9. ff. de B. P. modo sequens renunciationem vel mortem prioris sciverit, Cagnol. in l. ult. C. qui admit. n. 27.* Eapropter enim non computantur dies illi centum, quibus prior petere potest, sequenti, quia ignorat an proximior eam sit admissurus, de quo si constet sequenti, dies quoque sunt computandi add. *Bolognet. in Rep. l. ult. C. qui admit. n. 21.*

Eadem

Eadem est ratio in bon. possessore secundum Tab. cui dies centum non currunt, quamdiu bon. possessio contra Tab. adhuc peti potest *per l. 2. pr. ff. de Bon. poss. sec. Tab.*

Præterea annus ille liberis & parentibus, ut & centum 26 dies reliquis concessi pro diverso respectu *utiles* dici possunt quatenus scilicet non currunt, nisi scienti §. 5. *Inst. de B. P. l. 2. C. Qui admit l. 2. pr. & §. 1. ff. quis ordo.* si verò eatenus considerentur illi dies, quatenus omnes & singuli facti & nefasti, iis qui mortem defuncti sciverunt numerantur, *Continui* appellari possunt *d. l. 2. pr. Treutl. Diss. 15. vol. 2. th. ult. lit. I. ibique Hunn. Dn. Struv. exerc. 37. th. 8. Dn. Brunnemann. ad. d. l. 2.*

Id quod de edictali bon. poss. intelligendum, cum ad 27 petendam decretalem plus temporis indultum sit, opus enim habet causæ cognitione, & hinc petenda coram iudice competente, & pro tribunali sedente, adeoq; nulli numerandi dies, nisi quibus iudex sui copiam postulantibus fecit, & sessiones numerandas jubet *l. 2. §. 1. ff. Quis ord.* Et Carboniana petenda dicitur ex eo tempore, ex quo controversiam sibi fieri filius cognovit *l. 3 §. ult. ff. de Carb. Edict.*

Neutra tamen bon. possessio currit ignoranti, sc. factum, 28 v. g. fratrem esse mortuum Dn. Brunnem. *ad l. 2. C. Qui admit.* dies enim utiles sunt, uti modo dictum, idque iuste satis à Prætoribus statutum; cum enim per breve hoc tempus agnoscenti indultum esset, è contra jus civile 30. annos aduenti concedat, ideo nec currere debere voluit, nisi scienti, ne alias plurimi sine culpa ab hoc suo concessio beneficio excluderentur. Verum an pro agnoscente volente præsumetur ipsum 29 non prius scivisse mortem ejus, cujus bona per agnitionem consequi vult? Et generaliter quidem facti alieni ignorantia præsumitur *l. 21. ff. de probat. l. 6. C. Qui milit. poss. ibique Gothofr. lit. I. & hinc in agnoscente præsumi ignorantiam donec probetur scientia, non minus latè quam rectè probat Zuchard. in Repet. Rubr. C. qui admit. n. 43. & seqq. idque certissi-*

inum in eo cui bon. poss. ex testamento delata, licet sit conjunctus Cagnol. *in d. Rubr. C. n. 68.* Quod si verò adversarius doceat agnoscentem probabiliter mortem defuncti scire potuisse, quia v. g. in unâ urbe cum eo habitavit, vel quia fuit conjunctus *l. 9. ff. unde Cognat.* tunc juramento agnoscentis probandum, cum sit res quæ in animo ejus consistit. Ubi locus juramento *cap. Cum in tua ult. §. fin. X. Qui matrim. accus. cap. Pastoralis 4. in fin. X. de except.* Dn. Carpz. *P. 1. C. 22. d. 6. n. fin.* Quod si vero factum & mortem sciat, jus vero ignoravit v. g. necessitatem declarationis faciendæ coram judice, prorsus non, ne mulier quidem excusatur *l. 6. C. qui admit.* Agitur enim hic de lucro captando, quo casu & mulieribus & rusticis juris ignorantia nocet *l. 3. §. 11. C. de J. & F. ignor.* B. Dn. Brunn. *in Comm. Cod ad d. l. 3. Treutl. vol. 2. Disp. 4. th. ult. lit. E. Donell. lib. 1. Comm. cap. 21. Costa Tr. de jur. scient. & ignor. Inspect. 96. n. 3.* jura enim magis favent de damno vitando certantibus, quam acquirere volentibus.

31 Noranda tamen limitatio dictorum adjicitur in *l. 10. ff. de B. P.* Si scilicet peritiores consulere potuerint Meier. *C. A. d. tit. th. 16. in fin.* Mascard. *Concl. 1081. n. 25.* Tiraquell. *de Retr. Conv. §. 4. Gl. 7. in fin.* Ille enim scire censendus est, qui ab alio potuit investigare Zuchard. *in Rep. Rubr. C. Qui admit. n. 92.* Mornac. *ad d. l. 10. ff. de B. P. & ad l. 2. ff. Quis ordo §. ult.* Et unus quisque præsumitur scire, quod verò similiter scire potuit 32 Mornac. *in not. ad l. ult. ff. Quis ordo.* Nec contrariatur *l. 8. C. Qui admit.* Ubi rusticitas excusat à necessitate petendæ bon. possessionis intra tempus præscriptum, nec adjicitur restrictio, si peritiores habuerit: Loquitur enim illa lex de solenni petitione Gothofr. *in not. ad d. l. lit. N.* Quam explicationem urget (1) vox *petiisse*, quæ ut plurimum de solenni petitione usurpatur, quæ in certa verborum conceptione consistebat, & ab his formulis rusticitas excusat (2) Confirmant hanc explicationem verba ultima *d. l.* ubi addit Constantius se hujusmodi consuetudinis necessitatem mutasse. Verum Constantius nihil mutavit, nisi solennem verborum conceptionem, necessitatem

VERO

vero intra tempus præscriptum bon. poss. agnoscendi in suo reliquid vigore, imo ipse hanc necessitatem injungit *in l. seq. ult. d. 2.* Per quam generaliter inanum verborum captiones explorat & sustulit. Adeoque nec hodie rustici exculantur si peritiores habuerint, si vero debitam in jure inquirendo diligentiam adhibuerint, nec tamen percipere potuerint jus suum veniunt excusandi Duaren. *lib. 37. ff. cap. 6.* Et stabitur tamdiu assertioni rusticorum, donec alter ostendat, rusticum scire potuisse; ubi tamen sufficit probatio præsumtiva, si scilicet ostendatur, copiam Ddorum in eo loco vel proximè adjacenti haberi posse arg. *l. 4. §. 9. ff. de damn. infect.* Salycet. *ad. l. juris 6. C. Qui admit. n. 4.*

Diximus tempus bon. possessionis esse utile, nec currere, nisi scienti, adeoque furioso, muto surdo aliisque qui quod agatur non intelligunt, temporis hujus lapsus non nocet *l. 2. ff. de B. P. fur. inf.* Nec alterius scientia regulariter alteri nocimento est *l. 5. ff. de jur. & fact. ignor.*

Nisi alterius ignorantis jus ex persona scientis dependeat, cujus exemplum est in filio, cujus scientia nocet patri, modo tempus præterlapsum sit *l. 1. C. Qui admit. Valqv. de Succ. Resol. Lib. 1. §. 10. n. 11.* Hubert. Zuchard. *in Repet. d. l. 1. n. 29. & seq. Cujac. lib. 14. Observ. 8.* Dn. Brunn. *ad d. l. 1. n. 7.* Cui non contrariatur (1.) Quod alter alterius conditionem deteriore reddere non debeat, *cap. 22. de R. J. in 6to. l. 25. C. de pact.* (2.) Quod filii expressa renūciatio non valeat arg. *l. 13. §. fin. ff. de A. vel O. H. Cagn. in Repet. l. 1. C. Qui admit. n. 37. B. Dn. Brunn. d. l. ergo nectacita, ne aliàs taciti major vis sit quam expressi, contra l. Nonnunquam 52. ff. de Condit. & Demonstrat. l. Expressa 195. ff. de R. J.* Denique (3.) per *l. ult. C. de bon. qua lib.* conceditur patri facultas hereditatem filio delatam tanquam propriam agnoscendi, si ergo Pater idem jus habet in bon. possessione filio delata, quod habet in propriâ, sequitur filii scientiam patri non nocere, sed propriam ad hoc requiri, ut pater jus semel quæsitum amittat.

36 Hæc non contrariantur, inquam, reponi enim potest ad (1.) neg. minorem, quod filius reddat patris sui conditionem deteriore, cum ille, qui acquirere potest, & tamen non acquirat, nec suam nec aliorum causam deteriore reddat per l. 6. ff. *Quæ in fraud. cred.* Hunn. ad Tr. Disp. 16. vol. 2. th. ult. l. F. Salgado in *Labyr. Lib. 2. cap. 14. n. 6. seqq.* Dn. Brunn. ad d. l. 6. n. 1. & seq. Sed se suaque bona in eodem statu conservat. Ad obj. (2.) Resp. Nec filii expressam nec tacitam repudiationem patri nocere, sed ipsum jus, quod vult, ut pater præterlapso tempore præfinito amplius bon. possessionem agnoscere non debeat loco filii delationem scientis l. ult. pr. ff. *Quis ordo.*

37 Quod inde clarè satis apparet, quia filii renunciatio expressa patri non nocet, si scilicet pater ante præterlapsum tempus contradicat, ea propter vero non nocet, quia tempus, quod filio, & ex hujus personâ patri destinatum nondum fuit præterlapsum, hinc non obstante filii repudiatione, intra tempus filio scienti determinatum, bon. poss. agnoscere potest. Quod si verò ad renunciacionem expressam temporis lapsus accedat, pater ad bon. poss. agnosendam non potest admitti, licet filius expressè renunciaverit, cum non tam filii factum, quam legis dispositio & temporis lapsus hic consideranda veniant Bachov. ad Tr. Disp. 15. Vol. 2. th. ult. lit. F. ubi rectè limitationem Pragmaticorum in jure fundatam negat, qui statuunt scientiam filii nocere Patri nisi malitiosè tempora labi patiatur. Treutl. d. th. ult. lit. F. Hier. Cagnol. in Rep. l. 1. C. *Qui admit.* n. 37. Grass. *Recept. Sent. 6. Bon. Possessio qu. 15. in fin.* Dn. Brunn. ad d. l. 1. n. 7. cum filii factum vel non factum profus non consideretur, sed tantum id inspiciatur an tempus sit præterlapsum, Bachov. d. l. ut taceam majorem universalem non esse, sed multas eam pati limitationes, præcipuè verò non obtinet, si tacitum expressa lege sustineatur, ut hoc nostro casu add; Barbof. locuplet. lib. 18. c. 2. ax. 7. Denig. (3.) objecta l. ult. C. de bon. qua lib. intelligenda est secundum l. ult. ff. *Quis ord.* si scilicet tempus nondum præterlapsum, Bachov. d. l. ad verba: *Etiam ju-*

re-

re novo correctio enim nisi expressa non præsumitur *l. 32. §. ult. C. de appell.*

Hoc certum patris scientiam filio non nocere *l. 3. ff. quis ord. l. 1. ff. de B. P. fur. l. ult. §. 6. C. de bon. qua. lib. l. 2. C. de repud. bon. poss. Vasqv. de succ. resol. Lib. 1. §. 10. n. 11. Dn. Struv. exerc. 37. tb. 6.* Filius enim ex persona sua non patris agnoscit, quod in patre secus, qui eam ex persona filii agnoscere tenetur Cujac. *Lib. 14. Obs. 8.* Dn. Brunn. *ad d. l. 2. C. de Rep. bon. poss.* Nec obstat *l. 7. §. 2. ff. de B. P.* ubi dies, quibus tutor vel pater scivit, cedere dicuntur, cedere autem est juxta Cujac. *d. cap. 8.* præscriptione ejus temporis excludi à commodo & petitione bon. possessionis, vel intra eos dies posse petere non ultra, & hinc initio *d. cap. 8.* dicit Cujac. supposititia esse illa verba *aut pater* cum quo consentit Gothofr. *in not. ad d. l. 7. lit. D. Meier. C. A. tit. de B. P. §. 15.* Cum verò in dubio semper à textus, præcipuè tam violentà emendatione sit abstinendum Dn. Præses *in Usu moderno ff. prooem. axiom. 5. Ms.* Hinc magis placet eorum opinio, qui dicunt cedere diem sed patri non filio Grass. *d. §. B. Possessio qu. 15.* Jul. Pacius *Enantiophanon Cent. 6. qu. 73.* Bachov. *ad Tr. Disp. 15. tb. ult. lit. 3.* ubi notat Cujacium.

Id Equidem patet ex *d. l. 7. §. 2.* pupillo nocere scientiam tutoris Althuf. *Dicaolog. l. i. cap. 63. n. 12.* Meier. *d. §. 15.* Quamquam contrariari videatur *l. seq. 8. ff. d. t.* dum negat, tutori facultatem bon. possessionem pupillo delatam repudiandi, ut cui competit eam perere, non repudiare; si verò tutor repudiare non potest, nec nocebit pupillo de facto facta repudiatio arg. *l. 5. C. de LL. cui accedit l. 5. ff. de J. & F. Ignor.* dicendo: alterius scientiam alteri nocere non debere, noceret autem si pupillo tempus illud cederet, quo scivit tutor.

Regeri tamen ad prius potest, tutorem quidem bon. poss. pupillo delatam expressè repudiare non posse, nisi causâ cognitâ, potest tamen tacitè, patiendò tempora bon. poss. petendæ labi, Treutl. *Disp. 15. vol. 2. tb. ult. lit. I.* ibique Bachov. Cujac. *lib. 14. Obs. cap. 8.* Dn. Struv. *exerc. 37. tb. 6.* Sed ita tacitum, inquis

inquis, plus operatur quam expressum; & sanè ita est ex legis Dispositione, quæ assistit huic tacitæ renunciatiõni quo sequentibus copia fiat hereditatem defuncti consequendi. Repetere hic quoque possemus omnia illa, de scientia filii, quatenus noceat patri, dicta n. 37. quod scilicet nõ tam factum tutoris, quam juris dispositio & temporis lapsus hic veniant considerata; nam si tempus præfinitum nondum sit præterlapsum, sed ex eo adhuc aliquid supersit, non obstante privatim & sine causæ cognitione facta renunciatiõne, tutor adhuc bon. poss. pupillo petere potest, cum renunciatiõ illa ante tempus præterlapsum facta pro non facta sit habenda, quod si vero lapsus temporis accesserit, jus pupillum & tutorem ab agnitione excludit.

42 Objecta l. 5. ff. de J. & F. J. nobis nihil omnino contrariatur, quia tutoris scientia pupillo in effectu non nocet, licet dies ipso jure cedant, Bachov. d. l. tenetur enim tutor hoc nomine pupillo actione tutelæ l. 11. de Aut. tut. Meier. C. A. de B. P. §. 17. Et si pupillo à tutore commodè satisfieri non possit habebit restitutionem in integrum Bachov. d. tb. 6. lit. J. Wisenb. ad ff. tit. de B. P. tb. 6.

43 Dicta hætenus in curatore minoris quoque obtinere putamus, ut hujus scientia minori quidem in tantum noceat, ut dies ipso jure cedant, salvo tamen regressu contra curatorem, & beneficio restitutionis in integrum, imò licet minor ipse consensu Curatoris & autoritate Prætoris interveniente repudiaverit, ubique tamen ei æso restitutio concedenda l. 2. C. Si tut. vel Curat. interv. Pari ratione municipibus cedunt dies, quibus Actor aut Syndicus civitatis scivit l. 14. ff. ad municip. Municipales enim scire intelliguntur, quod sciunt hi quibus summa reipubl. commissa est l. ult. ff. de jur. & fact. ignor.

44 Speciale tamen quid occurrit in furioso, cui non cedunt dies quibus scivit curator l. 1. ff. de bon. poss. fur. sed hic quocunque tempore bon. poss. furioso delatam agnoscere potest, imo debet si lucrosa videatur l. ult. C. de Curat. fur. Quod si vero damnosa videatur, & hinc à Curatore expressè repudietur, proximè

proximè sequens furiosum admittitur, præstitâ cautione de bonis furioso restituendis, si hic sanæ mentis factus bon. poss. agnoscat *d. l. 1. Wissenb. ad ff. tit. de B. P. tb. 6. & tit. de B. P. fur. in fin.*

Quod si quis igitur præfinitum à jure tempus non observet, 45
ab agnitione postmodum repellitur, hoc enim tempus à Prætoribus constitutum pro forma est bon. possessioni *Christin. De i. 1. Lib. 6. n. 10.* Forma verò alicujus rei exactè adimplenda, nec dignus est beneficio Prætoris qui præscripta ejus solennia & requisita non observat, idque hodiernum obtinet, natura enim juris Prætorii nec à Justiniano nec in praxi mutata est *Joh. Harprecht. ad §. 7. Inst. de J. N. G. & C. n. 2. Mantz. Comm. Inst. eod. §. n. 23. Jacob. de Nigris in Repet. Rubr. C. qui admit. n. 5. Cagn. ad. d. Rubr. n. 39. Dn. Præl. in Præcogn. jur. univ. cap. 1. §. 24.* Et hinc rectè notat *Wesenb. ad §. 4. Inst. de B. P. n. 1. ibi:* 46
Ex edictis nec hodie deferri hereditates, cum hoc discrimen non legatur sublatum, sed ejusdem affectionis sunt hodie bon. possessiones, cujus fuerunt olim, cum jure Constitutionum & Codicis tempus hoc sit annum. Et hinc benè monet Dilect. de art. test. tit. 11. caut. 14. n. 1. & 2. in fin. ibi: Cautus sit is, cui bon. possessio tantum defertur, ne se gerat pro herede, & eam agnoscere omittat intra legitimum tempus, eam enim alia s. amittit, nec moriens eam ad heredes transmittit. add. *Augustissimi Electoris Saxonie Augusti Constit. 10. part. 3. ubi de certo testamento constituit, illud non debere valere, nisi saltem jure Prætoris, verba hæc sunt: So ist solch Testament saltem jure Prætorio Kräftig &c. quæ verba sine effectu & causâ fuissent adjecta, nisi Serenissimus Elector jus Prætorium & hujus juris naturam salvam & incolumen vellet conservatam, rectè ergo concludit Berlich. p. 3. Concl. 16. n. 39. ex testamento quod valet de æquitate Prætoris, heres institutus, si filius, per annum, si extraneus, intra centum dies hereditatem consequi potest, & postea excluditur.*

Discutienda ergo hic erit elegans illa quæstio, cui incumbat probatio, agnitionem fuisse factam intra legitimum tempus,

F

pus,

pus, an asserenti, an verò contradicenti? in cuius decisione Dd. mirè inter se digladiantur, ut loquitur Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 9.* Et pro agnoscente præsumi, negantemque debere probare asserit Jas. *in rubr. C. qui admit. n. 7. & seqq.* Rimi. jun. *ad d. Rubr. n. 225* Menoch. *Lib. 4. Præsumt. 104. per tot.* Contrariam opinionem amplectuntur & affirmanti, se intra legitimum tempus bon. poss. agnovisse, probationem injungunt Andr. Barbat. *in Repet. Rubr. C. Qui admit. n. 6.* Jacob. de Nigris *ad d. Rubr. n. 13.* Mantic. *de Conject. ult. vol. lib. 12. cap. 15. n. 13.* Fachin. *lib. 13. Controv. cap. 32. §. ego puto.* Christin. *d. Dec. 1. n. 9. & 10.* Et hanc sententiam communem dicunt Hieron. Cagnol. *in d. Rubr. C. qui admit. n. 58.* Grass. *Recept. Sent. §. Bon. Possessio q. 7. n. ult.* Ratio (1.) quia semper necessitas probandi incumbit illi qui agit, ut loquitur Marcianus *in l. 21. ff. de Probat. & actore non probante reus venit absolvendus etiamsi nihil præstiterit l. 4. C. de edend.* Joh. Zanger. *Tr. de Except. part. 3. cap. 26. n. 2.* (2.) Actor se fundat in facto, quod non præsumitur sed ab allegante probandum Dn. Brunn. *in Rep. Parat. Wesenb. tit. de Prob. qu. 28.* (3.) Agnitionem intra legitimum tempus factam esse est solennitas quædam extrinseca, quæ ab allegante venit probanda, arg. *l. 13. §. ult. ff. de Publ. in rem. act.* ibique Dn. Brunnemann. *n. 2.* Barbosa *lib. 17. c. 37. ax. 3. & (4.)* Quilibet tenetur fundamentum suæ assertionis probare, actoris autem fundamentum hic est: quia bon. possess. legitimè agnovi, verum ad legitimè faciendam agnitionem quoque pertinet, ut fiat intra tempus à lege præscriptum, ergo actor hoc probare debet. Christin. *d. Dec. 1. n. 10.*

49 Jason equidem *d. l.* invertit sententiam nostram, dicendo: Reo incumbere probationem, quia se fundat in tempore, actum scilicet non fuisse factum intra legitimum tempus, non fecus ac is, qui dicit actum esse nulliter gestum, id probare necessum habet, quia pro actus validitate præsumitur *l. 12. ff. de Reb. dub. Castren. ad l. 3. C. de juris d. n. 2.* Emeric. à Rosb.

in prax.

*in prax. civil. tit. 72. n. 4. Mascard. Vol. 1. Concl. 39. n. 2. ibi-
que longa serie allegati (2.) Pro actu judiciali præsumitur,
omnia legitimè fuisse facta l. 2. C. de off. civil. jud. Zuchard.
iu Repet. Rubr. C. Qui admit. n. 38. Menoch. d. præsumt. n. 5.
Sufficit ergo probasse agnitionem, cum facta præsumatur in-
tra legitimum tempus (3.) urget Menoch. d. l. n. 7. Actori
propterea non injungendam probationem, quia præsumitur
ignorantia delatæ hereditatis vid. supra n. 29. Sufficit ergo di-
cere se à die scientiæ intra legitimum tempus agnovisse, cujus
contrarium si alleget adversarius hoc probare debet.*

His tamen fundamentis non movemur posteriorem am- 50
plecti sententiam, sed priori adhuc inhæremus dubiis motis
respondendo, & quidem (1.) *Jasoni*: Negando consequenti-
am; Quicumque allegat tempus in eo se fundat, ille enim
in tempore se fundare dicitur, qui ex tempore sibi jus compe-
tere dicit, & reus ex negatâ agnitione intra tempus factâ, non
asserit eapropter sibi jus competere possidendi, sed hoc tan-
tum allegat ad exclusionem actoris, ergo in eo fundamen-
tum suæ intentionis non ponit, uti eleganter demonstrat Joan.
Bolognet. *in Repet. Rubr. C. qui admit. n. 46. §. Ideo difficul-
tas & §. seq.* E contrario actor eapropter jus agendi sibi com-
petere dicit, quia bon. possess. intra legitimum tempus a-
gnovit, ergo in eo fundamentum ponit. Adducta quoque re-
gula generalis huc non quadrat, nec ita intelligenda,
quasi nunquam opus esset solennitates debitas probare, cum
semper allegari posset, interpretationem esse faciendam pro
actus validitate, sed in contractibus aliisque negotiis per-
verba obscura peractis, locum invenit, ubi semper verba du-
bia pro contractus vel alius negotii subsistentia capienda Fa-
chin. *d. cap. 32. iu fin.*

(2.) Pro actu judiciali præsumitur, si causæ cognitio 51
& partis adversæ citatio intervenerit Grass. *qu. 7. in fin.* Fa-
chin. *d. l. §. omnis difficultas* adeoque quantum ad bon. poss.
Decretalem, facile concedimus, sufficere agnitionis pro-
bationem, reliqua verò legitimè fuisse peracta præsumi,
F 2 Verum

Verum in Edictali nulla causæ cognitione, nulla partis adversæ citatione opus est vid. supra n. 15. Adeoque cessat illa præsumtio pro actu judiciali.

§2 (3.) Menochii argumento jam tum supra n. 29. satisfactum videtur, ubi dictum, non standum esse assertioni affirmantis ignorantiam, si probabiliter scire potuit, sed juramento ejus qui asserit, hanc rem esse committendâ, quod si præstet, constat quidem quando tempus incipiat currere, actor tamen nihilominus probare debet, se ab hoc tempore, quo sibi bon. poss. delatam scivit, intra tempus præscriptum legitimè agnovisse Joan. Belognet. *in Rep. Rubr. C. qui admit. n. 47.* adeoque adhuc salva manet communis opinio: Experienti possessoriâ hereditatis petitione injungendam esse probationem, se intra legitimum tempus agnovisse.

§3 Sed quid si agnoscens possideat, an tunc actori incumbit probatio negativæ: agnoscentem intra legitimum tempus non agnovisse, an vero reus affirmativam probare debet? Et hic non minorem variationem Ddorum videas, actorem enim probatione negativæ gravant Andr. Barb. *in Repet. Rubr. C. qui admitt. n. 7.* Zuchard. *in Repet. d. Rubr. n. 49. & 50.* Hieron. Cagnol. *ad eandem Rubr. n. 62.* quibus adde Jas. Rimin. Menoch. n. 47. *allegat.* E contra affirmanti se debito tempore agnovisse probationem simpliciter injungunt, sive actor sive reus sit, Joan. Bolognet. *in Rep. d. Rubr. n. 46. §.* Ex quo sequitur Sichard. *ibidem n. 44.* Mascard. *de Probat. Vol. 1. Concl. 237. n. 2.* Quibus & nostrum adjicimus calculum idque potissimum ex hac ratione, quod quilibet teneatur probare fundamentum suæ assertionis sive actor sit sive reus *l. 9. C. de except.* Adeoque actor probare debet hoc nostro casu, se esse legitimum successorem defuncti, quod si factum, & reus excipiat sibi potius jus ex agnita bon. possess. competere, non sufficit agnitionem, sed ipsum legitimum tempus quoque probare, Accedit §. ult. *Inst. de B. P.* ubi expressè ad hoc, ut quis beneficio agnitæ bonorum possessionis fruatur, requiritur: *ut ostenderit se intra statuta tempora agnovisse,* nec distinguitur utrum reus an actor hoc

hoc ostendere debeat, ergo nec nos distingvimus sed utriqve
asserenti probationem injungimus.

Nec contrariatur huic nostræ sententiæ (1.) *l. 21. ff. de* 54
Probat. § l. 4. C. de edendo. Respondemus enim actorem de-
bere probare, sed suam intentionem, se scilicet esse proxi-
mum successorem defuncti. Nec (2.) Quod commodum
possessionis à probando liberet §. 4. *Inst. de Interdict. ibique*
Dn. Præf. in not. Dn. Brunnemann. ad l. ult. C. de R. V. n. 1.
Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 237. n. 3. Hinc tamdiu in 55
possessione suâ etiam injustâ possessor defendi debet, donec
alius potius jus ostendat *Joh. Strauch. Diff. justin. 6. th. 25.*
Procedunt enim dicta ut possessor non teneatur probare jus
actoris, quod negare sufficit, & si actor hoc non probat, re-
us in possessione defendendus, si vero actor jus suum demon-
strat, reus licet possessor, ut communiter est, exceptionem
suam ejusque fundamentum omnino probare debet, nisi ve-
lit alteri rem adjudicari, quod impedire non potest, nisi per
probationem sibi potius jus in re illâ retinendâ esse. *Bolo-*
gnet. ad d. Rubr. n. 46. § Ex quo sequitur. Prodest quoque
possessio in pari causa, quamprimum vero constat de jure a-
gentis, non amplius par causa est, sed actori adtribuenda,
nisi reus doceat de jure potiori. Eadem ferme responsio ad
l. 11. C. de pet. hered. Ubi dicitur: Possessor non cogitur pos-
sionis suæ titulum dicere *Meier. C. A. tit. de Acqv. poss.*
tb. 22. ergo multo minus eum probare: Fallit enim genera-
liter in hereditatis possessione *Dn. Brunneman. ad d. l. n.*
2. Et sine hac exceptione quoque procedere non posset, si a-
ctor jus ad rem possessam demonstrat, tamdiu enim prodest
possessio non ultra.

Quid si longum tempus elapsum an ex hoc præsumi pote- 56
rit, agnitionem intra legitimum tempus fuisse factam, hoc
effectu, ut agnoscentem à probatione liberet? Affirmat hoc *Ja-*
cob. de Nigris in Repet. Rubr. C. qui admit. n. 13. Menoch. lib. 4.
Præsumt. 104. Rectius tamen negant hoc *Hieron. Cagnol. d. l.*
n. 66. Mascard. de Probat. vol. 1. Concl. 238. per tot.

57 Ex dictis haecenus liquido constat quam necessarium sit, bon. poss. sibi delatam coram iudice intra tempora à Prætoribus præscripta agnoscere, si enim horum alterutrum negligat, bonorum possessionem ejusque commodum amittit, nisi ex alio capite admittatur, hinc pauca de Successorio Edicto annexenda sunt. Fuit autem Successorium Edictum à Prætoribus inductum, per quod uno eoque proximiori repudiante sequens admittitur, nec persona tantum personæ, sed caput quoque successionis capiti substitutum per hoc edictum est *tit. ff. de Success. Edict.* ibique Meier. C. A. Andr. Barbat. in *Repet. Rubr. C. qui admit. n. 28.* idque à Prætoribus contra rationem juris civilis inductum est Anton. Fab. *error. pragmat. 8. Decad. 3.* Jure enim XII. Tab. sequens admittebatur, sed primo vel per tempus vel per repudiationem excluso, successio deferebatur fisco, juxta Imperat. in §. *Placebat 7. Inst. de leg. agnat. succ.* ipse tamen beneficium hoc Prætorium ad civiles successiones extendit in *d. §. add. Fasqv. d. l. n. 2.*

58 Placet brevitatis etgo quæ hic moneri poterant præterire, unicum hoc solummodo notatu dignum observans, quod scilicet Prætor non tantum admittat sequentem, sed etiam ipsum exclusum ex alio tamen capite *l. 1. §. 10. & 11. ff. de succ. Edict.* Exemplo sit filius, qui licet intra annum, quo scivisset sibi delatam hereditatem, non petierit bon. possessionem, poterit tamen adhuc eam agnoscere ex capite Unde Agnati & hoc prætermisso ex capite Unde Cognati *d. l. 1. §. 11. Ant. Fab. Dec. 29. err. 9. Grass. §. B. Possessio qu. 7. n. 2.* In eo tamen Grassio subscribere non possumus, quod filio antequam excludatur tres integros annos concedat, annum sc. quia filius, annum quia agnatus, annum quia cognatus; cum tamen agnatis & cognatis tantum 100. dies concessi §. 4. in fin. *Inst. de B. P.* Qui igitur succedit ut agnatus, non plus juris habere potest, quam agnatus, ut pote ex cujus jure vult succedere.

60 Verum dictis contrariatur *l. 3. C. de J. & F. Ignor.* ubi filia per lapsum anni exclusa, admissa amplius non est. Anne dicemus filiam non venire nomine Agnatorum, sed solummodo filium

filium? nec placet hæc solutio ob *l. 84. ff. de V. S.* filii enim appellatione, omnes liberi intelliguntur, placet respondere filiam illam non tantum annum sed & reliquum tempus agnatis præscriptum prætermisisse, præterdit enim ignorantiam juris & ex ea restitutionem anni præterlapsi, respondet ergo Imperator juris ignorantiam non excusare & impedire quo minus annus labatur,

Porro obstare videtur *l. 7. pr. ff. Unde Lib. ibi: Qui sine* 61
dubio non est agnatus Resp. Vocabulum Agnatus sumi vel generaliter vel specialiter, generaliter sumto hoc vocabulo etiam sui dicuntur agnati *l. 12. ff. de Suis & Legit. l. 10. §. 3. ff. de grad. & affin.* Specialiter verò acceptâ hac voce denotat hos qui ex linea collateralis per masculinum mihi conjuncti *§. 1. l. de Legit. agn. tut.* & hoc sensu agnati opponuntur suis, Wissenb. *ad ff. tit. Unde Lib. tb. 15.* Prætor vero generalius hanc vocem capit, ut suos quoque admittat tanquam agnatos.

Dicta procedunt non tantum si filius per lapsum temporis à bon. poss. unde liberi excludatur, sed etiam si expressè hanc repudiaverit *l. 1. §. 11. verb: tempore aut repudiatione l. Si repudiaverint 2 pr. Unde Legit. Dn. Hahn. ad W. tit. de Succ. Edict. n. 3. Dn. Philip. in Usurpr. Lib. 3. tit. 10. Eclog. 34. n. 2. Nec obst. l. 1. §. 3. ff. Unde Lib. ibi: Post repudiationem petere non potest* intelligendum enim hoc ex eadem Edicti parte Wissenb. *ad ff. tit. Unde lib. tb. 13. in. fin.* ex alio tamen Edicto admitti potest. Quod si vero filius ex capite unde Agnati succedat, an ne cum proximis agnatis concurrat, an hos excludit? Aff. posterius; filius enim est agnatus proximus *l. 12. ff. de Suis & Legit.* Proximus verò excludit remotiorem *l. 1. ff. de Succ. Edict. ad d. l. 2. pr. Unde legit. ubi filius repudians quasi liberi bon. possessionem, dicitur non tantum habere bon. poss. quasi legitimus, sed obstare quoque legitimis.*

Verum quid si & hoc tempus omittat, aliquis vero agnatorum bon. poss. admittat, filius verò bon. poss. unde cognati agnoscat, an bona ab agnato avocare poterit? Et Neg. per *l. 1. §. 11. ff. de Succ. Edict. verb: & post hos ubi clarè statuitur,* 63
quod

quod ad B. P. unde Cognati post hos sc. agnatos pervinire demum possit.

Dicta huc usque de filio ad agnatos quoque extendimus, ita ut hi præterlapso tempore adhuc undecognati succedere possint, cum ipsi sint cognati. Procedere vero tum demum putamus si nullus agnatorum, qui eum sequuntur, bon. poss. admiserit, nec obstare hos cognatis putamus, quia nulla adest lex, quæ dicat agnatos esse proximos cognatos, qualem quidem habemus in filio *in d. l. 12. ff. de suis & legit.* Hinc simpliciter secundum gradus proximitatem admitti poterit; succedit enim ut cognatus, si verò esset cognatus, re verà gradus proximitas observanda esset, ergo & hoc nostro casu, ne fictio plus quam rei veritas operetur.

64 Illud adhuc monendum restat: Edictum successorium de admittendo excluso ex alio capite locum habere tantum in bon. possessionibus quæ ab intestato deferuntur, nec extendi potest ad eas quæ ex testamento competunt, Ant. Faber. *Dec. 28. error. 5. n. 5.* Ita si quis tempus bon. possessionis secundum Tab. non observaverit, cohæres verò eam admiserit, intra alios 100. dies ex testamento neque tanquam agnatus neque tanquam cognatus succedere potest. Aliud exemplum sit in filio emancipato præterito, qui si tempus bon. possessionis contra Tab. petendæ prætermittat, intra alios centum dies ex capite unde Agnati bon. poss. contr. Tab. accipere non potest, cum tanquam agnatus bon. poss. c. Tab. non habeat, nec ei tanquam agnato injuria facta Ant. Fab. *d. error. n. 17.*

65 Singulare vero hoc beneficium est, quod Prætor suis successoribus concessit, ut liceat iis, ab uno capite exclusis ad aliud aspirare, quod nullo modo in puncto juris extendi potest ad hereditates & successiones civiles, ut latè persequitur Ant.

66 Fab. *Dec. 3. error. 8. & Dec. 29. error. 5.* Practici tamen communiter hoc beneficium Prætorium ad successionem civilem liberorum extenderunt, iisque concesserunt 30. annos ad petendam hereditatem ascendentium ex capite *Unde liberi* & his elapsis alios 30. annos concedunt ex capite *unde agnati* & his

quo

quoque finitis denuo 30. annos iis indulgent *ex capite Unde cognati*, ita ut hodie descendentes ab hereditate ascendentium, non nisi 90. annis excludantur Barry *de succ. lib. 11. tit. 2. n. 4.* Ant. Gabriel. *de Præscript. Concl. 9. n. 3.* Anton. Faber *in Cod. lib. 9. tit. 11. def. 3.* Hillig *ad Donell. lib. 7. cap. 3. lit. B.* Dn. Brün. *ad l. 8. C. de jur. delib. n. 6.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 14. def. 30.* Joh. Philip. *Usu pr. Inst. Lib. 3. tit. 10. Eclog 34. n. 3. & seqq.* qui duo posteriores dicta præjudiciis corroborant. Cum vero hæc sententia juri communi contraria sit, merito restringenda, nec ad alios quam descendentes extendenda, imo personalissimum. hoc Privilegium videtur, ita ut non possit extraneo cedi, vel in eum transferri, quemadmodum hoc præjudicio confirmat Dn. Philip. *d. l. n. 8.* verb: *Die weil aber dennoch solches als ein Speciale jus alleine denen Kindern zustehet / und auf andere extraneos nicht zu extendiren.* Cautelam tamen pro creditoribus aliisque quorum interest, suppeditat Dn. Brunn. *ad l. 8. C. de jur. delib. n. 7.* Ut scil. adeant judicem, eumque rogent, ut filiis certum tempus præscribat, intra quod voluntatem suam declarent an hereditatem adire, an eam repudiare velint *l. 9. C. d. r. Philip. d. l. n. 5.* Quod si ita, sequitur repudiantem filium *ex capite Unde agnati* post 30. annos hereditatem petere non posse, adeoque dicta præscriptio 90. annorum ad repudiantes non erit extendenda. Qua occasione incidit quæstio agitata à Bachov. *ad Tr. Diss. 15. vol. 2. th. ult. lit. K.* ad verba: *An vero, num scilicet judex possit tempus competens pro admittenda bon. possessione coarctare?* Et negativam amplecti videtur, dicendo judicem posse quidem curatorem bonis dare, non verò jus successoribus competens auferre; Consentit Dn. Brunnem. *Exerc. 16. ad §. 4. Inst. de B. P.* Nec adversatur, quod judex possit filio certum tempus ad declarandum se statuere, hoc enim procedit si filius consentiat & se declaret, si vero tempus sibi à jure concessum urgeat, id ipsi denegari non debet.

67

68

69

G

CAP.

CAPUT III.

DE EFFECTU SUCCESSIONIS PRÆTORIÆ.

SUMMARIÆ.

<p>Ingressus B. P. quadruplex commo- dum I. Est bonorum defuncti perse- cutio privata & judicialis Interdicto quorum bonorum uti, utilissimum est 6 & seqq. Hoc interdictum generalius est remedio l. f. C. de Ed. D. Hadr. coll. Cui hoc interd. detur Contra quem Ad quid detur II. Effectus est dominium 25. seqq. Quomodo hoc appellandum quatuor diversæ opiniones re- censentur 28. seqq.</p>	<p>1. 2. III. 3. & seqq. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. seqq. 18. 19. 20. 21. 22. seqq. 23. 24. 25. seqq. 26. 27. 28. seqq.</p>	<p>Dominium plenum & Quirita- rium tribui defenditur & ad contraria respond. 31. seqq. Effectus est juris acquisiti transmissio 43. Nondum acquisitum nec trans- mittitur 45. seqq. An bon. poss. ex jure deliberandi transmittatur 48. seqq. B. P. ab alio agnita ratihaberi potest 51. Etiam privatim 53. Quaedam personæ à se non agni- tam bon. poss. transmittunt 54. seqq. IV. Effectus est jus accrescendi 57.</p>
--	--	---



Ustravimus cap. preced. Requisita observan-
da in bon. possessione acquirenda, adeoque me-
thodi ratio urget, hoc capite ostendere, quæ-
nam

nam utilitas, si dicta omnia observata sint, in agnoscentem
redundet.

Et quadruplex potissimum sibi acquirat commodum bon. 2
poss. legitimè agnoscens. I. Bona defuncti propriâ autoritate
occupare, & si alius resistat Interdicto Quorum bonorum age-
re potest. II. Bonorum defuncti dominium consequitur, & hinc
III. Jus ea bona transmittendi ad heredes quoscunque, IV. de-
nique jus accrescendi bon. possessori tribuitur.

Diximus I. Effectum esse, quod agnoscens possit propria 3
autoritate bona defuncti occupare, & si alius resistat, Interdi-
cto Quorum bonorum uti. Patet hoc ex definitione *in. l. 3. §. 4*
2. ff. de B. P. propositâ & cap. 1. explicata, ubi Bon. Possessio
dicitur jus persequendi retinendique patrimonii: Adeoque si
ipse possidet patrimonium, statim dominus ejusdem efficitur
de quo *infr. n. 25. agitur*. Si vero id nondum possideat, posses-
sio tamen vacua sit, eam propriâ autoritate ingredi & occupa-
re potest, *Andr. Barbat. in Rep. Rubr. C. qui admit. n. 108. Joan*
Bolognet. in Rep. ejusdem Rubr. n. 23. Nemo enim est, cum quo 5
agere possit; Quod si vero aliquis resistat, vi eum dejicere non
debet, sed iudicio opus est, cum nemo possessione sua etiam
injustâ, sine causæ cognitione privari debeat, quo casu utilis-
simum remedium Interdicti Quorum bonorum, à Prætor bon.
possessori concessum est.

Concedit equidem Prætor aliud adhuc remedium, posses- 9
soriâ scilicet hereditatis petitionem, verum capropter inter-
dictum ad singulares effectus retulimus, quod hoc longè sit
commodius & utilius hac ipsa possessorîâ hereditatis petiti-
one, hæc ipsa enim introducta est ad similitudinem petitionis
hereditatis civilis, eiqve per omnia similis est, adeoque ordi-
naria actio est & petitorii iudicii, *Oldendorp. Class. 2. ast. 1. Affin.*
Remed. n. 1.

Longè verò utilius est Interdicto hoc, quam ordinariâ 7
actione experiri, Illud enim citius & brevius dissolvitur Har-
precht. *ad pr. Inst. de Interd. n. 12. Oldendorp. d. l. n. 1. Levi- 8*
ores probationes & summarîæ in hoc sufficiunt Marant. Tr. de

- Ordin. jud. part. 4. dist. 9. n. 43. Schneidw. ad § Sequens 2. Inst. de Interd. n. 34. & 45. P. Frider. Mindan. de Interd. tit. 16. n. 68. Philip. in Usu pr. lib. 4. Eclog. 71. n. 14. Meier. C. A. tit. Quor. bon. §. 10. Dn. Brunn. ad l. 2. C. d. t. n. 12. Exceptiones vero altiore[m] requirentes indaginem ab hoc iudicio rejiciuntur, & re-
conventioni reservantur l. ult. C. d. t. Dn. Struv. exerc. 45. tb. 18. Philip. in Usupr. lib. 4. Eclog. 71. n. 16. Dn. Hahn. ad W. tit. Quor. bon. n. 6. Dn. Præses in not. ad §. 3. 7. de Int. ad verba: Quo-
rum possessio. Exceptiones tamen quæ in continenti probari pos-
sunt, admittendæ sunt Dn. Struv. d. l. Dn. Hahn. d. l.*
- 10 Poterit quoque successor Prætorius vi hujus interdicti
mandatum sine clausula impetrare, ut rectè probat Meier. in C.
11 A. tit. Quor. bon. §. ult. Insigne quoque commodum hujus
interdicti est, quod à sententia lata non appelletur l. unic. C. Si
de momentan. poss. fuer. appell. Cacheran. Dec. 25. n. 9. Frider-
us Mind. de Interd. P. 2. tit. 16. n. 75. Menoch. Remed. 1. Adip.
Poss. n. 115. Schneidw. ad Tit. Inst. de Interd. n. 18. & 21. Philip.
in Usupr. lib. 4. Eclog. 71. n. 15. Dn. Brunn. ad l. 2. C. Quor. bon. n.
12 14. Sed hoc restringendum ad effectum *suspensivum*, ita ut
non obstante appellatione executio & bonorum hereditario-
rum possessio restitui debeat, ad effectum verò *devolutivum*,
dicta non sunt extendenda, sed facta executione, causa ad su-
periores devolvitur, Menoch. Remed. 4. Adipisc. Poss. n. 828.
Afflict. Decis. 269. Cacheran. Dec. 65. lib. 1. c. 75. Achill. Person-
nal. Tr. de Interd. Quor. bon. n. 493. §. & præsertim. Dn. Carpz.
lib. 1. Resp. 13. n. 6. Dn. Struv. Exerc. 50. tb. 4. Dn. Brunn. ad d. l.
unic. n. 4. add: Dn. Frider. Strykius in Diss. inaug. de Decreto
interimistico cap. 5. n. 14. quæ extat in vol. 1. Diss. Dni. Præsidis
13 ubi dicta de effectu devolutivo confirmat ex l. un. Cod. Theod.
Si de moment. fuer. appellat. in qua post verba: *etsi appellatio
interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum*, hæc
verba subjiciuntur: *atque ita demum ad nostram scientiam re-
feratur.* Affine equidem est remedium L. ult. C. de Edict. Div.
14 Hadr. tollend. vi cujus heres producens testamentum nullo visi-
bili vitio laborans, mox in possessionem bonorum defuncti
mittitur.

mittitur, de quo vid. Hubert. Zuchard. *in Repet. Supr. d. l. fin.*
 Sebastian. Sapia *in Rep. ejusdem leg.* Achill. Personalis *Tr. de*
Adipiscendâ Possessione ex l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. Dn.
 Richter *ad d. l. fin.* Menoch. *Rem. 4. adip. possess.* Treutl. *vol. 2.*
Disp. 25. th. 2. lit. L. & M. ibique Bachov. & Hunn. Dn. Carpz.
p. 3. C. 5. d. 18. & lib. 6. Resp. 19. & 20. Meier. *C. A. tit. Testa-*
ment. quemadm. aperiant. th. 7. seqq. Dn. Brunn. *Comm. Cod.*
ad d. l. ult. Hoc tamen Interdictum longè generalius est illo §
 remedio *l. fin.* Achill. *Person. Tr. de Interd. Quor. bon. n. 451.*
 Illud enim non datur successoribus ab intestato. Menoch. *d.*
Rem. 4. n. 64. Meier. *d. t. §. 9.* Achill. *Person. Tr. de Acqv. Poss.*
ex d. l. fin. n. 4. & ibi allegati: Ast interdictum hoc omni bon.
 possessori tam ab intestato quam ex testamento competit *per l.*
1. & seq. C. Quor. bon. Dn. Struv. *exerc. 45. th. 15.* Schneidw.
ad §. 2. Inst. de Interd. n. 13. Meier. *tit. Quorum bon. §. 3.* Per-
 son. *Tr. Quor. bon. n. 451 & n. 467. & seqq.* Datur autem 16
 hoc interdictum bon. possessori & heredi, ut ut enim initio in
 favorem successorum Prætoris hoc interdictum introductum,
 utiliter tamen postmodum heredi civili quoque concessum est.
L. 1. C. Quor. bon. Heig. *ad §. 2. Inst. de Interd. n. 8.* Schneidw.
d. l. n. 13. Meier. *d. l. §. 3. n. 2.* Philip. *in Usupr. lib. 4. Eclog.*
71. n. 10. Dn. Hahn. *ad W. tit. Quor. bon. n. 7.* Contra eum 17
 qui pro herede vel pro possessore possidet §. 2. *3. de interd. l. 1.*
ff. eod. Quis vero dicatur pro herede possidere, explicatur ab Im-
 per. in *d. §. Sequens 2. ibi: Pro herede autem possidere videtur*
qui putat se heredem esse. Pro Possessore is possidet, qui nullo jure
rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem sciens ad se
non pertinere possidet

Ex quo patet, hanc actionem dari contra possidentem 18
 hereditatem Bachov. *ad Tr. vol. 1. D. 25. th. 1. lit. H.* contra
 non possidentem verò intentari hoc interdictum non potest
 Achil. *Personal d. Tr. de Interd. n. 465.* Nisi dolo deserit pos-
 sidere, vel liti se obtulerit Dn. Struv. *exerc. 45. th. 16.* Meier.
C. A. tit. Quor. bon. §. 5.

Ita nec datur hoc interdictum adversus debitores heredi- 19
 tarios,

rios sed tantum adversus corporum possessores, ut loquitur *l. 2. ff. Quor. bon.* Ratio in promptu est, quia hoc interdicto possessionem nudam rerum defuncti persequimur, at debitor personalis nihil possidet, obligatio enim est juris vinculum *pr. l. de Oblig.* adeoque nullam possessionem mihi restituere potest, sed opus est ordinaria actione, v.g. mutui, experiri. Rectè tamen distingv. Hahn. *ad W. tit. Quor. bon. n. 8.* inter jura incorporalia personalia & realia, illa ad interdictum hoc non pertinent, benè tamen hæc, add: Personalis *d. Tr. n. 470.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. Disp. 25. tb. 2. lit. I.* Dn. Brunn. *ad. d. l. 2. n. 11.* Philip. *d. Eclog. 71. n. 18.*

21 Sed quid de eo, qui ex justo titulo possidet, an adversus hunc quoque dabitur? Negant hoc Roland. *lib. 2. Consil. 75. n. 16. seqq.* Marant. *Tr. de Ordin. jud. part. 4. dist. 7. n. 4.* Personal. *d. Tr. n. 483.* Zuchard. *in Rep. l. Ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. n. 464. & seqq.* Donell. *ad Rubr. C. quor. bon. n. 11.* Wesenb. *ad ff. d. t. n. 7.* ibique Hahn. *ad verba. Non contra tit. poss.* Meier. *C. A. d. t. §. 6.* Dn. Brunn. *ad l. 2. C. d. t. n. 4. & 5.* Philip. *Usupr. lib. 4. Eclog. 71. n. ult.* ubi hoc præjudicio confirmat, ibi: Diessel aber dennoch Titius das Lehn-Guth erkaufft und also dasselbe justo titulo an sich gebracht / in welchem fall / und wenn ein possessor dergleichen Titulum anzuziehen / aus bemeltem Interdicto nicht agiret werden kan. E contra utile interdictum & hoc casu concedunt Petr. Frider. *Tr. de Interd. tit. 16. n. 57. & seqq.* Afflict. *Dec. 119. n. 6.* Quod communiter admittunt in eo qui post mortem defuncti titulum acquisivit ab eo, qui jus alienandi non habuit Dn. Hahn. *d. l. Hunn. ad Tr. vol. 2. Disp. 25. tb. 1. lit. H.* Dn. Struv. *exerc. 45. tb. 16.*

22 Finis hujus interdicti facile patet, ut scil. bon. possessor qui hoc instituit, corporalem possessionem hereditatis defuncti consequatur *l. 1. ff. Quorum bon. §. 2. f. de Interd. &*

23 Principaliter quidem & directio hoc interdictum ad universitatem, non verò ad res singulas consequendas introductum est *d. l. 1. §. 1.* Utiliter tamen ad res singulares avocandas conceditur. *l. 30. & seqq. ff. de furt. §. sequens 1. f. de Interd. Personal.*

nal. *d. Tract. n. 480.* Oldendorp. *Class. 2. act. 1. n. 6.* Meischn.
Dec. Camer. 13. tom. 3. n. 153. Meier. *d. l. §. 8.* Dn. Struv. *exerc.*
45. tb. 17. Dn. Brunnemann. *ad l. 2. C. Quor. bon. n. 2.* Philip.
Usupr. lib 4. Ecclog. 71. n. 17.

Verum instituti ratio non permittit hæc accuratè per- 24
tractare, cui placet poterit allegatos Dd. adire, qui desiderio
procul dubio satisfacient.

Interim Prætor non tantum remedium, ad consequen- 25
dam possessionem rerum hereditariarum defuncti, concedit,
sed etiam II. ipsum proprietatis dominium bonorum posses-
sori suo tribuit. Quid enim prodesset possessio, nisi simul domi-
nus rei possessæ fiat prætorius successor, cum ipsi semper me- 26
tuendum sit, ne possessio iterum avocetur. Et hic quidem ef-
fectus ex definitione in *d. l. 3. §. 2.* proposita satis patet, cui
accedit *§. 1. §. de Bon. poss.* ubi Imperator bon. possessores loco
heredum esse constitutos asserit, *§. l. 2. ff. de poss. hered. pet.*
dicitur bon. possessorem per possessoriâ hereditatis petiti-
onem tantundem consequi, quantum civilibus actionibus
heres civilis consequi potest: Heres vero succedit in uni- 27
versum jus quod defunctus habuit *l. 62. ff. de R. J. & petiti-*
one hereditatis totum defuncti patrimonium consequitur,
ergo etiam bon. possessor *l. 8. §. seq. de pet. hered. Zœs. ad*
ff. eod. tit. n. 1. §. 2. Dn. Brunnemann, *ad l. 2. ff. de B. P.* adeo- 28
que rectè Ulpian, *in l. 1. ff. de B. P.* bonorum possessio admis-
sa, inquit, commoda & incommoda hereditaria tribuit. Præ-
torem quoque dominium rerum defuncti tribuere suo suc-
cessori, clarè satis asseritur *d. l. 1. ff. de B. P.* ut de hoc vix du-
bium aliquod superfit. Quomodo verò appellari debeat in- 29
ter interpretes, nondum convenit. Aliqui dicunt Prætorem
tribuere dominium possessionis: Alii dominium bonitarium:
Alii utile: Alii denique dominium Quiritarium & proprie-
tatis. In prima opinione est Cujac. *ad tit. ff. de B. P.* Gothof.
in not. ad d. l. lit. D. Treutl. vol 2. Disp. 15. tb. 1. lit. B. Borcholt.
Tr. de acqu. poss. cap. 6. n. 16. §. 17. qui urgent Prætorem do-
minium

- minum facere non posse Cujac. *ad Inst. tit. de B. P.* idque ideo quia heredem facere nequit §. 1. *J. d. t.* heres vero idem est quod dominus §. *ult. Inst. de hered. qual.* add. Andr. Fachin. *lib. 13. controu. cap. 29. §. ultima opinio.* Hinc dominum facere Prætorem non posse volunt Wesenb. §. 7. *J. de J. N. G. & C. n. 4.* Rainold. *Corf. lib. 3. indag. jur. cap. 4. n. 1.* Cujac. *ad Instit. tit. de bon. poss.* Vacon. à. Vacun. *lib. 3. decl. jur. 48.*
- 30 Verum ad hoc jam tum supra responsum est, Prætorem heredem facere non posse, strictè hoc vocabulo accepto, quatenus ille heres appellatur qui à populo, senatu vel Principe ad successionem vocatur; potuisse tamen Prætorem aliquem loco heredis constituere, eique omnia commoda, quæ heres habet, tribuere, ut in effectu heres sit, & ita in latiori acceptione vocabuli heredis, eo nomine appellari possit. Cum
- 31 igitur omnia commoda bon. possessori suo prætor attribuat, recte quoque dominium plenum & perfectum concessit *l. 1. ff. de B. P.* ubi notanter Prætor *dominium rerum* tribuere dicitur, adeoque non nudæ possessionis, utpote quæ nihil commune habet cum dominio *l. 12. ff. de A. vel A. P.* sed rerum ipsarum dominium, acquirit possessor. Ex quo clarè satis apparet, proprietatis & utilitatis dominium in successores Prætorios transferri, & hinc rectè Bachov. *ad Tr. Diss. 15. vol. 2. tb. 1. lit. B.* confictum dominium hoc possessionis dicit. Ipse Bachov. verò *d. l.* ad verba *eaque dominium tribuit.* defendit
- 32 opinionem, Prætorem scilicet tribuere dominium utile, consentiente Joh. Harpr *ad §. 2. J. de B. P. n. 9.*
- 34 In commentario *Inst. ad §. 1. d. t.* Bachov. 2. amplectitur opinionem, illudque Dominium bonitarium appellat.
- 35 Sed neutra placet sententia, & bonitarium seu naturale illud dicitur, cum privatus in privatum rem transtulit ex legitimo titulo *Zœf. ad ff. tit. de A. R. D. n. 4.* v. g. emtor in re emta, quamdiu ab eo usucapta non est, dominium bonitarium tantum habuit, quia à privato dominium accepit; post usucapionem completam vero demum dominium Quiritarium sibi acquisivit, quia tunc lex tribuit dominium.

Verum

Verum bon. poss. lex, vel legis vim habens edictum, dominium 36
adjudicat, ergo non bonitarium, sed Qviritarium erit.

Qua ratione vero 3. utile dici possit, non percipio, hodie 37
enim utile dominium est jus perfectè de re disponendi ad
suam utilitatem, ita tamen ut alteri proprietas salva maneat,
quam etiam ab alio recognoscere debet: At bon. possessor ne- 38
minem agnoscit dominum proprietatis, sed ipse habet & pro-
prietatem & utilitatem, ergo utile hoc sensu dici nequit. Dein-
de illud quoque dicitur utile, quod non ex verbis legis, sed ejus
sensu patet, ita huic vel illi sæpius actio utilis tribuitur, sed nec
hoc sensu dominium hoc utile dicendum, cum expresse *in d. l. 1.*
ff. de B. P. Dominium rerum possessoribus tribuatur.

Restat igitur 4. & ultima opinio eorum, qui dicunt Præto- 39
rem post agnitam bon. poss. tribuere plenum dominium & pro-
prietatis & ususfructus Ludwell. *ad Inst. Disp. 10. tb. 6. lit. E.*
Hunn. *Var. resol. ad Inst. lib. 3. Tract. 1. qu. ult. Dn. Hahn. ad W.*
tit. de B. P. n. 5. Hillig. *in Donell. lib. 7. cap. 14. lit. D.* quod
Qviritarium appellare non dubitamus, præcipue post *l. unic.*
G. de nud. jur. qvir. toll. ubi expresse disponitur, omne domi-
nium ex justa causa acquisitum debere esse Qviritarium; Ecquis
verò dubitaret per bon. poss. agnitam legitimè dominium ac-
quiri, ergo erit Qviritarium: Accedit idem effectus quem ha-
bet heres & bon. poss. *d. l. 1. & l. 2. ff. de poss. her. pet.* ergo recte
dominium Qviritarium quod heres ex lege consequitur bon.
poss. quoque tribuimus; præcipue cum LL. in hoc casu non 40
distingvant, sed heredi pariter ac possessori dominium tribu-
ant, ergo nec nostrum erit distingvere; maximè in hac no-
stra materia, ubi argumentum ab hereditate ad bon. possessi-
onem procedit, nisi contrarium reperiatur constitutum, quod
non reperire licet de dominio. Hoc equidem certum & hodie-
num procedit, eum, cui successio Prætoriana tribuitur, non fieri
dominum directum uti quidem heres, sed demum post agniti-
onem legitimè factam Hillig. *d. l. lit. D.* verum hoc nobis non 41
contrariatur, sed nostram sententiam potius confirmat, quod
sc. legitimè observatis requisitis dictis, dominium perfectum

zuzadob

H

acquiratur

- acquiratur. Et hoc concedere possumus Wissenb. *ad ff. tit. de B. P. n. 2.* Bachov. *in not. ad §. 1. f. d. t.* Dominium hoc Prætorium dici posse, uti bon. poss. hereditas prætoriana appellatur; in effectu tamen nihil importat hoc contrarii, sed idem tribuit quod dominium, per leges specialiter sic dictas delatū, præstat, & hinc bon. possessor de re illa per bon. poss. acquisita pro lubitu disponere potest.
- 43 Ex hoc III. præcipuus effectus bon. possessionis simul fluit, scil. rerum ita acquiratarum s. totius patrimonii acquisiti transmissio ad heredes quoscunque. Quæcunque enim res legitimè acquisita, illa quoque ad heredes transmittitur *l. 62. ff. de R. 7.* tantum verò transmittitur, quantum acquisitum est
- 44 *l. 54. ff. d. t.* Cum igitur quædam bon. possessiones, præcipue tres illæ extraordinariæ, quæ dantur ventri & impuberi & litis ordinandæ gratia, non ipsum dominium tribuant, hinc nec bonorum ab his possessorum transmissio fieri potuit.
- 45 Ita quoque ille qui properantius bonorum possessionem agnovit h. e. eo tempore quo alius eum antecedebat, non ipsa bona ut pote quæ nondum acquisivit, sed spem tantum transmittit, regulariter enim nondum acquisitum, non transmittitur *l. 4. C. qui admit. l. 3. §. 7. ff. de B. B.* Duaren. *lib. 37. cap. 7.* Dn. Struv. *exerc. 37. th. 7.* ubi tamen subjicit limitationem in herede suo, qui hereditatem etiam ignorans in quoscunque transmittit *l. 8. C. de suis & legit.* Dn. Brunn. *in Comm. Cod. ad d. t. n. 8.* Duaren. *ad tit. d. A. vel. O. H. cap. 5.* Gail. *lib. 2. Obs. 131. n. 5.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 14. d. 23. n. 4.* Quamquam hic casus propriè exceptus dici non possit, cum jam tum acquisitum sit ipso jure liberis patrimonium ascendentium, Adeoque Prætor tuetur tantum jus civile. Quorsum traho *l. 5. ff. de bon. poss. c. T.* quæ generaliter nimis loqui videtur, restringenda tamen ad suos; vel etiam 2. ad eos qui legitimo aliquo impedimento impediti bon. poss. admittere non potuerunt Dn. Struv. *d. l. th. 7.*
- 48 Quid de jure deliberandi dicendum? an ex hoc jure bonorum possessio agnoscenda transmitti poterit? quod videbatur

debat^{ur} affirmandum, cum in hereditatis transmissione obtineat *l. 19. C. de Jur. delib. ibique* B. Dn. Brunnem. *n. 4.* Dn. Struv. *exerc. 33. th. 53.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 14. d. 23. n. 5.* In successione vero prætoria non reperitur expresse mutatum, ergo ibidem quoque obtinebit. Verum negativa omnino ve-
rior, ut ut enim nulla lex (quantum ego quidem memini) extet, quæ expresse prohibeat jus deliberandi ejusque commodum ad heredes transmitti, ejusmodi tamen inveniuntur, quæ collateralibus tantum centum dies ad agnoscendam bon. poss. præscribunt *l. 1. §. 12. & ult. ff. de succ. edict. l. 4. C. qui admit. §. 4. Inst. de B. P.* Quibus ipsis Prætor tacite abrogavit
jus deliberandi quoad suos successores, si enim intra 100. dies tantum petendi facultatem habere debent, sequitur: quod intra annum nec ipsi, minus eorum heredes petere bon. poss. possint, cum nemo plus juris in alium transferat quam ipse habet *l. 84. ff. de R. 7.* Et licet dispositio nova de herede loquens quoque obtineat in bon. poss. Barbat. *in repet. rubr. C. qui admit. n. 160.* Illud tamen tum demum obtinet, si ratio diversitatis nulla adsit, ut ipse Barbat. declarat *d. l. n. 161.* quæ tamen hic clara.

Illud equidem Prætor minus attendit, an quis ipse agnoscat, an agnitam ab alio ejus nomine rati habeat, sed utroque modo dominium & transmissionis facultatem concedit *l. 3. §. 4. & 7. ff. de B. P. l. 7. pr. ff. eod. Valqv. de succ. resol. l. 1. §. 10. n. 10.* Andr. Barb. *in repet. rubr. C. qui admit. n. 111.* Cag. *ad l. 1. C. qui admit. n. 23.* modo hæc rati habitio fiat intra tempus legitimum quod est illud, intra quod petere ipse adhuc potest per *l. 24. pr. ff. rem. rat. hab.* itaque post centesimum diem rata haberi non potest, sunt verba *d. l. 24. pr.* hoc tamen ratificationi non officit, si agnoscens meo nomine moriatur, ante meam ratificationem, sicuti nec obest poenitentia ejus qui petit, ratificanti *d. l. 24. §. 1.* An verò hæc ratificatio fieri debeat coram magistratu, dubium alicui videri posset, cum in *d. l. 24. §. 1.* dicatur: *in universum perinde haberi debet, ac situnc,*

H 2 cum

- cum ratum habeat bon. poss. petat*, at petere non potest nisi à iudice; Verum dicta verba non sunt dispositivè, sed dubitativè posita, adeoque decisio sequitur in contrarium; insuper in nulla lege hæc solennitas requiritur, ergo nec frustra exigenda; adhæc prorsus inutilis foret agnitio primi, si ratificatio mea coram iudice peragenda esset, cum hæc ratificatio esset agnitio ipsa bon. possessionis. add. Andr. Barbat. *in rep. rubr. C. qui admitt. n. III. ibi: & poterit ratificare extra iudicium.*
- 54 Dicta hæctenus exceptionem patiuntur in pupillo, infantibus & filiisfamilias, horum enim nomine tutor vel pater bon. poss. agnoscit, vel ab alio agnitam ratihabet, cõeffectu ut hereditas à patre vel tutore acquisita ad quoscunque heredes transmittatur *l. 3. C. qui admitt. l. 7. §. 1. ff. de B. P.*
- 55 *P.* licet pupillus & filiusfamilias ratam non habuerit. In furioso equidem plane speciale quid statutum, ita ut hic non transmittat hereditatem ab extraneo delatam, nisi sanæ mentis factam à curatore agnitionem ratihabuerit *l. ult. §. 8. C. de Curat. furios.* Dn. Brunnemann. *ibidem n. 20.* ibique allegati, de quo plura dicenda erunt in *cap. ult.* hujus dissertationis, hinc eo nos interim remittimus. Hoc addentes Procuratorem speciali mandato ad bon. possess. nostro nomine agnoscendam instructum, pleno effectū bon. poss. nobis acquirere Barbat. *d. l. n. 126.*
- 57 IV. Denique effectus agnitæ bon. possess. est jus accrescendi, quod in bonorum possessione ac hereditate civili pariter obtinet *l. 3. §. ult. l. 4. & 5. ff. de B. P. l. 12. pr. ff. de B. P. sec. Tab.* Hinc si unus agnoscat, reliqui vero in eodem gradu existentes bon. poss. vel expressè vel tacitè repudient, illorum portio huic agnoscenti accrescit add. *tit. C. quando non petent. part. petent. accrescant*, & hoc quidem ipso jure, ita ut opus non sit nova agnitione, Salycet. *ad l. quoties C. quand. pet. n. 11.* Wissenb. *ad tit. de B. P. tb. 5.* unica exceptio habetur in
- 58 patrono *l. 6. pr. ff. d. t.* qui si à liberto fuerit præteritus & bon. poss. contra Tab. agnoverit, pro dimidia quidem parte tuetur, quod

quod si vero heres scriptus hereditatem omittat altera pars dimidia patrono non accrescit, nisi de novo eam petierit *d. l. 6. pr.* Procedunt dicta si succedatur ab utraqve parte ex eodem jure, quod si enim unus bon. poss. c. T. alter B. P. sec. Tab. agnoscat inter hos agnoscentes jus accrescendi non obtinet Ekholt *ad ff. tit. de B. P. §. ult.* Quod quidem ita se habet in eo, qui ⁵⁹ intra legitimum tempus non agnovit, ut ejus pars agnoscenti accrescat, nisi possessionem omittens de jure civili quoque ad hereditatem pervenire eamque adire possit, de quo casu itidem pluribus agemus *cap. ult.* & cum præterea nihil diversum à Prætore quantum ad jus accrescendi statutum sit, à jure civili, hoc vero plurimis commentariis illustratum, ut Duaren. Joan Svevii. Ad hos me remitto, & jam ad singulas bon. poss. species explicandas transeo.

CAPUT IV.

DE

NECESSARIA SUCCESSIONE PRÆTORIA SECUNDUM TABULAS.

SUMMARIA.

S ucc. Præt. hodie non obtinetur.	Cui hæc B. P. detur.	23
re	1. Requisita ejusdem Poss.	24.
Hoc statuentium rationes proponuntur.	2. Duplex est hæc B. P.	25.
Usus maximum superesse multis autoritatibus probatur.	3. I. Necessaria est hæc B. P. Si ruptum testamentum ante testatorem moriatur.	26. seqq.
Etiã in Saxonia	8. Quæ hoc casu requirantur	30.
Object. respond.	9. seqq.	seqq.
	H3	Quid

Quid hoc casu operetur claus. Codicill.	37. seqq.	(3.) Si filius in patris restituti potestatem revertatur 83. sq.
II. Necessaria est, si filius præ- teritus moriatur ante pa- trem.	40. seqq.	V. Si testamentum posterius in- cisum ut prius valeret. 85. sq.
Licet institutus non sit ab inte- stato successurus	42.	Quæ hoc casu requirantur. 88.
L. 12. pr. ff. de inj. rupt. expli- catur.	43. seqq.	Quomodo testatoris voluntas probanda 89.
Idem hodie obtinet filio eman- cipato præterito	46. sq.	Quid hoc casu operetur Claus. Codicill.
Et Parentibus præteritis	49.	94.
III. Necessaria est B. P. si præ- teritus in præteritionem con- sentiatur.	50.	VI. Si duo testamenta eodem tempore condita 97. sqq.
1. Ante vel intestamento	51. sqq.	Vel uno tantum sine dato 100.
Obj. resolvuntur	53. & sqq.	VII. Necessaria heredi institu- to sub conditione 101. seqq.
2. Post mortem patris.	57.	Quis admittatur conditione nondum impleta 105. sqq.
Obj. propon. & resolv.	59. sqq.	Qualem effectum hæc agnita B. P. tribuat 109.
Approbatio quomodo fiat	61.	VIII. Si heres sub conditione lege impossibili institutus sit 113.
3. Post testamentum vivo pa- tre.	63. seqq.	IX. Substituto novissimo ex du- obus impuberibus simul mor- tuis. 115.
Dicta obtinent licet persona ex- tranea instituta sit	67.	Obj. removetur 116.
Obtinent si Parentes consentien- tes præteriti.	68.	X. Si institutus hereditatem re- pudiet substituto necessariam volunt. 120.
IV. Si testator medio tempore capitis deminutionem passus sit.	69.	XI. Substituto pupillariter si hic ab hostibus captus, apud eos decedat. 122.
Et quidem (1.) mediam. 70. seqq.		XII. Necessaria videtur si testa- mentum tantum septem testi- um signacula habet. 123.
L. 6. §. 12. ff. de inj. rupt. expli- catur.	72. sq.	Quod in praxi negatur 124.
Qui deportatis hodie comparen- tur.	78.	
(2.) <u>Minimam</u>	80.	

Ipsa



Psa capitis inscriptio monet, nos I.
 non omnem successionem Prætoriam
 proposituros, sed quæ hodie in judiciis no-
 stris eadem adhuc necessaria. Eapropter
 eorum sententia, qui nullum bon. possessionis usum, hodie
 superesse volunt, refutanda. Fovet autem hanc opinionem,
 pro more legem abrogatam sine causa dicens, Groenweg. *de*
LLbus abrogat. ad tit. Inst. de bon. poss. Consentiant Vinn. ad
§. ult. Inst. per quas pers. cuiq; acquir. n. 5. Val. Guilh. For-
ster. Diss. 16. tb. 8. Mudæus tit. C. qui admitt. Zæf. ad ff. tit. quis
ord. in fin. Henric. Giesebert. in justiniano harmonico tit. de bon.
poss. n. 259. & 260. In Gallia nullum bon. poss. usum superes-
se testantur Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 43. cap. 2. n. 15.
& 16. Bugn. de LLbus abrog. lib. 5. contr. 17. in fin. Christin. vol.
4 Dec. 1. n. 6. Dn. Struv. divor. leg. aph. 1. Qui sequentibus 2.
 niti videntur argumentis. (1) Quodunque jus à Populo, Senatu,
 vel Principe latum, civile est, ex eoque heres efficitur ut, dictum
cap. 1. n. 1. Atqui jus Prætorium quatenus in corpus juris rela-
tum, promulgatum est à Principe E. etiam quod olim Prætori-
um erat, hodie est civile. Imperator enim omnia sua fecit,
jus Prætorium & civile confudit, & utriqve eandem tribuit au-
toritatem & effectum l. 1. §. 6. C. de jur. Vet. Enucl. Deficit quo-
que ratio illa in §. 1. Inst. de B. P. expressa, quod sc. Prætor he-
redem facere non possit, Imperatori vero hæc potestas compe-
tiit, adeoque heredes hodie dicendi erunt, non bon. Possessores.
 (2) Prætores amplius non habemus, adeoque coram Prætoribus
 bon. poss. agnosci non potest, nec per consequens jus hoc à Præ-
 tore constitutum obtinere (3) Per Nov. 118. prorsus alia for-
 ma succedendi introducta, ac illis personis, quas Prætor vo-
 cat abundè prospectum, ergo cessabunt bon. poss. (4) Haud ob-
 scurè dicta confirmat §. 3. l. de testamord. ibi: *capit in unam*
consonantiam jus civile & prætorium jungi. Si vero unum jus fa-
ctum, sequitur jus Prætorium in desuetudinem abiisse, nec am-
 plius

- 6 plius obtinere. Quod denique Praxis confirmat, dum incognitum plane nomen bon. possessionis est, & omnes indistinctè adpellantur heredes juxta Dn. Struv. *exere. 38. th. 53.* quod præcipue in idiomate Germanico verum, ubi omnis successor sive Prætorius sive civilis sit, appellatur Erbe.
- 7 Rectius tamen omnino sentiunt alii asserentes, insignem bonorum possessionis usum hodiernum superesse, certisque casibus summè necessariam esse successionem Prætoriam, ita ut non possit patrimonium defuncti obtineri, nisi legitimè ex præscripto Prætoris agnitâ fuerit bonorum possessio vid: Mich. Grass. *Recept. Sent. §. Bonorum Possessio qv. 5.* Schneidw. *ad §. fin. Inst. de B. P. n. 10.* Sich. *ad Rubr. C. qui admit. n. 6. & seqq.* Treutl. *vol. 2. Disput. 15. th. 1. lit. F.* ibique Bachov. & Hunn. Dilect. *de Arte testandi Tit. 11. caut. 14.* Ferdin. Vasquius *de success. resolut. lib. 2. §. 15. n. 8.* Barry. *de Success. Lib. 11. tit. 6.* Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 6.* Oldendorp. *class. 5. act. 6. quest. an hodie rectè petatur bon. possessio?* Meier *C. A. tit. de B. P. §. 3.* Hahn. *ad W. d. tit. n. 3.* Hillig. *ad Donell. lib. 7. cap. 14. in fin.* Georg. Schults. *in Synops. Instit. tit. de B. P. lit. A.* Arumæus *Disp. 19. th. 4.* Beier *in not. ad Schnob. d. t. th. 28. ad verba: Usus adhuc esse* Philip. *Usupr. lib. 3. Eclog. 35. n. 1.* Berlich. *p. 3. Concl. 16.* Dn. Struv. *Exerc. 38. th. 43.* Dn. Brunn. *Exerc. justin. tit. de B. P. ad pr. n. 5. & seqq. & Comm. Cod. ad l. ult. Unde legit. n. 5. & 6.* Dn. Præses *in Usu modern. ad ff. tit. de B. P. Ms.* De Saxonia magis adhuc dubitari poterat, cum hæc suo speciali jure in successione utatur, verum cum de casibus, in quibus jure civili necessaria est successio Prætoriam, in Saxonia nulla specialis provisio reperitur, merito ibidem ejus usum superesse statuimus, quod abundè satis testatur *Const. Elect. Augusti 10. part. 3.* cum enim de certo casu dubitatum esset, an subsistat jure civili, an tantum jure Prætorio, vid. Berlich. *p. 3. Concl. 16. n. 22.* gloriosissimus Elector Augustus eum decidit, constituendo: hoc casu ad testatoris bona non nisi jure Prætorio perveniri posse, adeoque perspicue satis ostendit, se jus Prætorium nolle abrogatum, sed debere hoc ipsum valere in terris quoque Saxoni-

xonicis, quo, si casus occurrat, ubi de jure civili & Saxonico non conceditur jus hereditatem adeundi, ad beneficium Prætoris recurri possit, add. Moller. & Carpz. *add. Const. Berlich. d. Concl. 16.*

Ad motas objectiones facilis patet responsio; & quidem ad
 1. jus Prætorium promulgatum est à Principe, ergo est civile, 9
 quam conclusionem facile concedimus, ut sit civile quatenus à Principe; jam vero ulterius dicendum, quatenus sit à Principe, non ratione originis & inventionis, sed ratione confirmationis & autoritatis; hoc est: Princeps de novo nullum jus constituit ac invenit, quod nominaretur Prætorium, sed illud jus à Prætoribus constitutum, inventum & per edicta propositum, confirmavit & in corpus juris referri jussit, eiqve eandem autoritatem, quam juri civili tribuit ac dedit, ita ut jus Prætorium nos non amplius obliget quatenus Prætorium, sed quatenus à Justiniano in corpus juris relatum. Naturam tamen 10
 juris Prætorii eapropter Imperator non mutavit, sed jus Prætorium cum originali sua qualitate & quatenus Prætorium h. e. cum primævâ naturâ approbavit, quod ex præscriptione actionum, bonorum possessionis, aliorumque jurium satis patet, cum jure Codicis quoque hæc differentia temporum in præscriptione juris prætorii retenta sit, add. Jacob de Nigr. *in Reper. Rubr. C. qui admit. n. 5.* Cagnol. *in d. Rubr. n. 39.* Wesenb. *ad §. 7. J. de J. N. G. & C. n. 5.* Beier *in not. ad Schnob. tit. de B. P. lb. 28.* ad verba: *Usus adhuc esse.* Dn. Præses *in præcogn. jur. univ. cap. 1. §. 34.* Cui non obstat, quod Imperator potuerit jus Prætorium constituere civile, ergo etiam juris civilis naturam & vim dedisse præsumendus sit; Expressè enim constitutiones Codicis refragantur, per quas naturam juris Prætorii salvam voluit, ut ut igitur potuerit, noluit tamen.

Ad 2. Obj. Resp. Negando conseq. Prætores sunt sublati, 12
 ergo & jus Prætorium: Senatus enim, qualis fuit in Aristocratia, etiam abrogatus est, ergo etiam Sæta, quod tamen nemo asserere audebit. Ut ut enim Prætores non habeamus, habemus tamen iudices & magistratus, coram quibus agnitio bon.

poss.

- 13 poss. sufficienter expediri potest. Quod si igitur hodie iudicis officium impleretur, ut agnoscens declaretur successor, vel simpliciter coram iudice quis suam declaret voluntatem, se defuncti velle esse successorem, bon. poss. agnovisse censendus est Oldendorp. *class. act. 5. act. 6. qv. an hodie petatur rectè bon. poss. n. 3.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. tit. de bon. poss. n. 3.* Dn. Struv. *exerc. 38. tb. 43. in fin.* Magis stringere videbatur objectio 3. si tamen recte trutenetur, nihil contrarii nobis continet; mutata enim est forma succedendi de jure civili, non Prætorio, & licet abundè prospectum videatur per *Nov. 118.* illis, qui aliàs ab intestato per Prætorem vocabantur, & per *Nov. 115.* illis quos Prætor ad bon. poss. c. Tab. admittit, ut hinc vix casus aliquis ex his capitibus necessariis supersit; ex eo tamen non sequitur, quod Prætorium jus prorsus sublatum sit per *dd. Nov.* Cum id expressè non appareat, lex vero correctoria strictè interpretanda, Nec credibile est, Imper. tot juris capita tam latè patètia, sine solita gloriatione in juris veteris immutatione, abrogasse, ut bene colligit Hillig. *ad Donell. lib. 7. cap. 17. lit. Q.* Longe etiam post Justinianum apud Græcos bon. possessiones in usu adhuc fuerunt, Basilica enim bon. poss. retinent & *libr. 40.* explicarunt, ut notat Meier. *C. A. t. de B. P. §. 3.* Ex quo facile patet bon. possessionis Usus à Justiniano sublatum non fuisse.
- 16 Quarto loco objectum §. 3. *I. de testam.* Explico de solennitatibus jure civili requisitis ad testamenti subsistentiam, ita ut scelus sit: Jus civile hodiernum ad solenne testamentum requirere, non tantum illa, quæ jure civili erant necessaria, & constitutionibus Principum, sed etiam ea, quæ jure Prætorio ad subsistentiam, necessaria erant, & ita solennia juris civilis collecta sunt, ex jure civili (quod hic denotat leges à populo latas) & jure constitutionum & jure Prætorio, uti se satis explicat Imper. *d. §. in med. verb. Ita ut hoc jus tripertitum est.* ex eo tamen non sequitur jus Prætorium sublatum esse, cum nihil in eo §. de abrogando jure Prætorio, sed tantum de constituendo jure civili agatur, quod lucenter satis patet ex eo: quod Imper. in *§. 6. I. qv. m. test. infir.* non tantum ipse ostendat utilitatem juris Prætorii, sed
- 17

sed etiam *tot. tit.* in eo explicando consumat in *lib. 3.* quod sane non fecisset si per *d. §. 3.* jus Prætorium abrogare voluisset; Illa enim in Instituta tantum referri jussit, quæ in ipsis rerum argumentis obtinent ut, loquitur in *§. 3. prooem. Instit.* Imo 18
concedamꝰ correctionē, sane hæc non erit plenaria sed tantum quoad solennia, ut pote de quibus Imperator in *d. §. tantū agit.*

Deniq; quod praxin attinet, ex supra alleg. *Ddbꝰ* quibus adhuc plurimi alii addi possent, satis apparere puto, usum successionis Prætorix hodiernum superesse, cum certis casibus non nisi ex Prætorio jure succedatur, & licet nomine successoris Prætorii & bonorum possessoris rarius utamur præcipue in lingua Germanica, exinde tamen non sequitur, bon. poss. quoque sublatas esse, cum re ipsa utamur, sic actionis Servianæ nomen in foro pariter non adhibetur, re tamen ipsa quotidie, sub nomine Hypothecariæ, utimur, ita etiam successione Prætorix utimur quoties coram judice nos successores declaramus, licet imperiti Procuratores vel rabulæ potius, nomine successionis Prætorix & bon. poss. non utantur, quomodo enim quæso hoc uti possent, cum ne centesimus quidem Rabularum intelligat quid sit bon. possessor; Imo etiam inter illos, qui Doctiores 19
videri volunt, hic usus loquendi invaluit, bon. possessor & heres unum idemque est, cum in effectu convenient; quod ita intelligunt, quasi nulla inter hos esset differentia, sed idem sit, sive successor appelletur bon. poss. sive heres, quod tamen oppido falsum, ut ex tota hac dissertatione patet. Et ultima illa conclusio b. p. & heres convenient in effectu, ita intelligenda est, ut bon. poss. postquam legitimè bon. possessionem agnovit & patrimonium defuncti acquisivit, in effectu idem consequatur quod heres; non verò, quod quantum ad acquisitionem unum idemque sit successor Prætorius & civilis, Rectius 20
us igitur sentiunt Oldendorp. *act. 6. qu. an hodie rectè petatur B. p.* Harpr. *ad pr. de b. p. n. 23.* Meier. *d. l. §. 3.* Dn. Struv. *ex. 38. tb. 43. §. Ceterum. aliqꝰ supra alleg* qui frequentem usum esse bon. poss. testantur, cum igitur re ipsa utamur in praxi, quid videret quo minus etiam nomen successoris Prætorii usurpemus.

- Illustre exemplum imitatione dignissimum habemus in Electore Augusto in *Constitutione 10. part. 3.* adde quoque Schacherum in *Colleg. Pract. ad tit. 4. § 11. lib. 37. ff.* ubi in formulis suis Germanicis itidem retinuit vocem bon. possessoris. Videntur equidem in Germanico idiomate quoque distingvi hi successores, cum plerumque dici soleat: *Erben und Erbnehmern* / illud de civili hoc, de Prætorio explicat Wehn. in *Obs. Pract. voc. Erben* / sed hoc sine certo fundamento. Sufficiat mihi: rem ipsam adhuc in usu esse, quam pluribus inquirere hoc & *seqq. cap.* institui, collecturus præcipuè eos casus in quibus hodiernum successio Prætoriana necessaria est. Ordine vero seqvar Imperat. §. 2. & 3. *I. de B. P.* ubi eas dist. in competentes ex testamento & ab intestato, de his agam *cap. 6.* Ex testamento vero duplex est successio Prætoriana vel sec. Tab. vel c. T. de illa hoc capite, de hac *cap. seq.* dicendum.
- 22 Datur autem bon. poss. sec. Tab. illi qui intra legitimum tempus coram iudice declarat, se velle defuncti successorem esse ex testamento: Tabulæ enim hic denotant, omnem materiæ figuram, sive sint lignæ sive chartacæ ex membrana vel corio animalis confectæ, *l. 1. pr. ff. de B. P. sec. Tab.* ex quo colligo: si quis cretâ in tabula vel in pugillaribus nomen heredis scripserit, modo septem testium signa adhibeat bon. poss. ex tali tabula rectè agnosci.
- 23 Tabulæ autem ex quibus b. p. agnoscitur, debent (1) extare tempore mortis testatoris *l. 1. §. 3. ff. de B. P. sec. Tab.* ibi: *Semel a. extitisse tabulas mortuo testatore desideratur.* (2) Continere nomen agnoscentis *l. ult. ff. d. t.* (3) Septem testium signa continere §. 2. & 3. *I. de testam. l. 7. ff. d. t.* (4) testator tempore conditi testamenti & tempore mortis testamenti factionem habere debuit. *L. 1. §. 8. b.* ibi: *Exigit Prætor ut is utroque tempore jus testamenti faciendi habuerit* (5) bon. poss. c. Tab. ex eo testamento agnita non sit *l. 2. pr. d. t.* quæ si concurrant, agnoscens plenè bona defuncti acquirat & retinet.
- 24 De jure civili autem testamentum duplex est, vel scriptum vel nūcupativum §. *ult. J. d. testam.* jure vero Præt. incognita videtur hæc spe-

hæc species, cum semper de tabulis signatis loquatur, si tamen heres non inscriptis sed tantum verbis, coram 7. testibus declaratus, utiliter bon. poss. conceditur, quæ dicitur secundum nuncupationem l. 2. C. de bon. poss. sec. Tab. ibique Goth, lit. H. & I. Dn. Brunn. ad d. l. add. l. 8. §. 4. ff. eod.

De hodierna necessitate hujus bon. poss. jam dicendum, 26 de qua generaliter affirmare non dubitamus: Quocunqve casu bon. possessio sec. Tab. olim necessaria fuit, iisdem casibus hodiernum adhuc necessaria est, & potiores quidem hoc capite paucis prosequi instituiamus quorum

I. Si posthumus suus, in testamento præteritus, moriatur 27 ante patrem, hodiernum necessaria agnitio bon. possessionis est l. 12. pr. ff. de injust. rupt. & irrit. ubi præmittendum: vocabulum *posthumus* in d. l. positum, hic non denotare eum, qui post patris mortem natus est, alias enim dicta involverent contradictionem in adjecto, sed omnem illum denotat, qui post testamentum perfectè conditum agnascitur heres, qui rumpit testamentum l. 1. l. 3. §. 3. ff. de injust. rupt. irrit. §. 1. §. qv. mod. test. infirm. Rumpi autem est annullari, infirmari, adeoque he- 28 res in testamento rupto institutus, de jure civili hereditatem consequi non potest, licet vivo patre filius s. rumpens mortuus sit d. l. 12. ibi: *licet juris scrupulositate nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur & l. 2. C. de posth. hered. instit. ibi: posthumo præterito quamvis natus illico decesserit, non restitui testamentum, juris evidentissimi est.* Et l. proximè sequens 3. C. d. t. ibi: *licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decessit, nihilominus testamentum rumpi.* Ex quibus sole 29 meridiano clarius elucet, testamentum semel ruptum, jure civili, per mortem rumpentis nunquam convallescere, Prætor vero ex tali testamento bon. poss. sec. Tab. concedit, per d. l. 12. pr. ibi: *attamen si signatum fuerit testamentum, bon. poss. sec. Tab. accipere heres scriptus potest, remque obtinebit, ut & Divus Hadrianus & Imperator noster rescripserunt.* Adeoq; & hodie hoc casu ad hereditatem defuncti perveniri non posse, nisi beneficio Prætorio, statuunt Vasq. de succ. resol. l. 2. §. 15. n. 5.

Petr. Gregor. *in synt agm. lib. 43. cap. 3. n. 8.* Dilect. *de Arte testandi tit. 11. caut 14. n. 2.* Schneidw. *ad S. ult. Inst. de bon. poss. n. 11.* Barry *de success. lib. 11. tit. 6. n. 1.* Simon de Prætis *lib. 3. interpr. 1. dub. 6. sol. 4.* Jul. Clarus *§. testamentum qu. 45.* Christin. *vol. 4. Dec 1. n. 6.* Joh. Dauthe *de Testamentis n. 360.* Dn. Struv. *exerc. 38. tb. 43. §. At Edictalis n. 1. & Comm. Cod. ad l. 2. de postb. hered. instit. n. 5.* Dn. Præses *in Ufu moderno ff. tit. de B. P. §. 3. Ms.* Ad hoc tamen, ut solo jure Prætorio testamentum subsistat, requiritur ut suus post testamentum, in quo præteritus erat, natus edatur (i.) vivus *l. 12. ff. de lib. & posthum. l. 129. ff. de V. S. nec rumpit qui in ipso partu moritur Coler. p. 2. Dec. 258. n. 5.* Carpz. *p. 3. C. 17. def. 17. n. 5. & 6.* Dn. Præses *Tr. de Succ. ab intestato cap. 2. Art. 1. §. 10. in fin.* Ad vitalitatem vero probandam, non præcise requiritur vocis emissio, per expr. *l. 3. C. de postb. hered. quæ lex de jure civili omne dubium tollit, de*
31 *Saxonico vero merito dubitari poterat per text. in Land-Recht l. 1. Art. 20. & art. 33. Gloss. in art. 94. Wetschbild vid. Carpz. p. 3. C. 17. def. 19. n. 2. qui n. 5. verba dictorum art. magis declarationis & demonstrationis causa adjecta, dicit, quam quod necessitatem probationis importent, & hinc de praxi tam Saxonica quam communi, quamvis aliam probationem sufficere putant Coler. d. Dec. 258. n. 5. Philipp. Usupr. lib. 2. Eclog. 65. n. 8. Dn. Brunn. ad d. l. 3. C. de postb. hered. n. 2. Dn. Præses d. Art. 1. §. 10.* Nihil quoque interest, an posthumus ordinario partu editus sit, an vero secto utero matris prodierit *l. 12. pr. ff. de lib. & postb. l. 6. pr. in fin. ff. de inoff. testam. Wissenb. ad ff. tit. de injust. rupt. tb. 14. Eckolt. ad ff. tit. de inj. rupt. §. 4.*
32 Dn. Præses *d. §. 10. 2.* Requiritur perfectio *l. 3. C. de postb. hered. instit. ibi: Si vivus perfectè natus est.* Abortivus enim partus testamentum non rumpit *per text. in l. Uxoris abortus 2. C. d. t.* perfectio autem hæc æstimatur ex maturitate, maturitas vero jure civili extempore, si scil sub initium septimi mensis edatur *l. Septimo 12. ff. de stat. homin. l. 3. §. 12. ff. de Suis & legit. hered. Nec obft. l. 12. §. 1. ff. de lib. & postb. ubi infans nondum integer etiam rumpit testamentum; Resp. enim hæc legem*

gem intelligendam *sec. d. l. 12. §. 1. 3.* si sc. mense septimo edictus fit, & tamen quoad omnia membra nondum integer, in hoc enim nil nisi vita requiritur. Quamquam ex Sperling. probet 33
 Dn. Præs. in *Tr. de succ. d. Art. 1. §. 11.* etiam septimo mense quosdam natos fuisse perfectos, ita ut vitam ad plures annos protraxerint; & hinc in praxi huic requisito derogatum videtur, siquidem cuicumque postumo vivo non declinanti ad prodigium hereditatem deferri, & per consequens testamentum rumpi volunt Joh. à Sande *Lib. 4. Decis. Fris. tit. 8. def. 8.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 17. d. 18.* Dn. Brunn. *ad d. l. 3. n. 9.* Dn. Præs. *d. §. 11. & ab his alleg. (3.)* Requiritur partus non monstrosus *d. l. 3. C. de* 34
postb. hered. ibi: ad nullum declinans monstrum vel prodigium, non tamen statim monstrum dicendum, cui præter naturam aliquid vel super est vel deest, unimanum enim trimanum sedigitum, etc. omnino testamentum rumpere dicit Wissenb. *ad ff. tit. injust. rupt.* Dn. Præs. *d. Tr. cap. 1. art. 1. §. 14.* Sed 35
 unde æstimabitur partus monstrosus? Resp. Paulus in *l. 14. ff. de stat. homin.* qui contra formam humani generis procreatur, quæ forma præcipue in iis membris inquirenda, quæ homini per accidens abesse non possunt, v. g. caput, si quis ergo capite suo procreetur, testamentum, licet vivus nascatur, non rumpit, item si quis caput plane non habeat add. Joh. Dauth *de testam. n. 307. circa fin.* Hermaphroditum sive dubii sexus hominem testamentum rumpere notum *arg. l. 10. ff. de stat. hom.* 36
 Dn. Præs. *d. §. 14. in fin.* dissentire videtur jus Saxon, *art. 4. Land. Recht. Lib. 1.* Usu tamen non servatur, ut probat Dauth. *d. Tr. in not. ad n. 311.* Si igitur partus non monstrosus edatur, vivus rumpit testamentum, quod non reviviscit jure civili per mortem patris ante patrem, sed necessaria hoc casu est successio Prætoriana heredi scripto, per dicta. Cui non contrariatur, quod hodie communiter clausula codicillaris adjiciatur, 37
 hæc autem sanat omnia vitia, etiam ratione institutionis commissa, saltem hoc fine, ut filius præteritus teneatur legitimæ esse contentus, & reliquam hereditatem scripto heredi restituere Richt. *Dec. 41. p. 1. n. 44.* Joh. Dauth *de testam. n.*



363. Michaël Graf. §. *Codicillus* n. 21. Vasq. *lib. 3. de succ. progr.* §. 30. n. 37. Card. Tusch. *lit. C. pract. Concl.* 292. n. 22. Alii distinguunt, an filius ignoranter fuerit præteritus, an scienter casu hoc, clausulam codicillarem fideicommissum operari, non illo. Card. Tusch. *d. Concl.* n. 33. Dauthe *de Testam.* n. 372.

38 Ignorantem autem omnem illum capio de quo tempore conditi testamenti nondum constitit, licet verba clausulæ Codicillaris de futuro adjecta; Nec distingvo, an testator supervixerit, & tantum temporis habuerit, ut testamentum mutare potuerit, Grass. *d. §. Codicillus* n. 22. §. *Contrariam partem* Jul. Clarus §. *Testamentum qu.* 46. n. 7. Gail. *lib. 2. Obs. pract.* 114. n. 13. Joh. Cöppen *lib. 1. Observ.* 114. n. 13. Joh. Strauch. *exerc. Just.* 9. *tb.* 33. Præsupposita enim Practicorum opinione, quod pater propter urgentem præsumtionem pietatis & affectionis paternæ erga filium, non censeatur, heredem extraneum voluisse instituere, Si hic posthumus tempore conditi testamenti in vivis fuisset, sequitur clausulam codicillarem, contra voluntatem testatoris operari non debere, sed rumpi testamentum paternum in momento nativitatis, non obstante clausula codicillari, devenit enim in eum statum à quo incipere non potest, adeoque nullum redditur: quod vero semel nullum est, per taciturnitatem patris reconvalescere non potest, ne quidem morte filii, nisi jure Prætorio.

40 II. Casus necessarius est: si heres suus in testamento præteritus, turbato mortalitatis ordine, moriatur ante patrem, hoc enim testamentum jure civili non subsistit, ut quod sui heredis institutionem pro forma requirit, ita ut hac omissâ testamentum sit inutile *l. 30. ff. de lib. & posth.* nullius momenti *l. 1. ff. de injust. rupt. irrit.* & ipso jure nullum *pr. §. de exher. lib. l. 4. ff. de lib. præter.* quod vero ab initio vitiosum est, tractu temporis convalescere nequit *l. 29. & 210. ff. de R. J.* Adeoque licet vivo patre filius præteritus moriatur, nemo tamen heres ex eo testamento existere potest, per verba expressa Imperatoris *in d. pr. §. de exher. lib. l. 7. ff. de lib. & posth.* ibi: *Si filius qui in potestate est, præteritus sit, & vivo patre decedit, testamentum*

non



non valet. Prætor tamen hujus testamentum ex æquitate sustinet, arg. *l. 12. §. 17. ff. de inst. rupt.* Et text. expressum in *l. 2. pr. ff. de bon. poss. sec. Tab.* Carpz. p. 3. C. 9. d. 1. n. 11. Ferdin. Vasq. de succ. resol. lib. 2. §. 15. n. 6. Mich. Grass. *Recept. Sentent. §. bonorum possessio qu. 5. n. 5.* Joh. Dauth. *de Test. n. 361. §. Est q. notandum.* 42

Hoc tamen displicet, quod Dauth. *d. l. n. 361.* & communiter Dd. requirant, ut sint instituti venientes ab intestato; Quæ enim quæso hæc esset necessitas, tantum jure Prætorio perveniendi ad hereditatem, si ab intestato de jure civili hereditatem consequi possem, imo liberalem hunc judicarem, qui jure veteri bon. poss. sec. Tab. agnoscit, & relicta legata præstat, cum tamen de jure civili succedere potuisset, sine ulla legatorum exsolutione. Objiciunt equeidem *l. 12. pr. in fin. ff. de injust. rupt.* ibi: *Si bon. poss. data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre possit.* Ad quæ antequam respondeam, præmitto *d. pr.* se ipsum dividere in duas partes, quarum 1. agit de validitate testamenti rupti per nativitatem posthumi. Pars 2. incipit à voce: *Idcirco,* & agit de utilitate redundante ad legatarios si bon. poss. sec. Tab. agnita sit, quod sc. relicta in tali testamento consequantur; idem jam obtinere dicitur in testamento injusto, si is qui hereditatem ab intestato auferre poterat, nihilominus bon. poss. sec. Tab. agnovit, & ita §. *Idem* per modum ampliationis subjicitur illis, quæ dicta modo erant de legatis & fideicommissis, ex testamento rupto consequendis. Instas; de hoc dubitari non poterat, quælibet vero lex suam rationem dubitandi & decidendi habere debet. Repono, imo habet, & dubitandi ratio hæc est, quia in venientis heredis arbitrio est, an ab intestato an ex testamento succedere, & per consequens an legata præstare velit, an non; Ratio Decidendi, quod electa bon. poss. sec. Tab. judicium defuncti secutus, testamentum approbet, adeoque ex hac approbatione legatariis obligetur, Svadet autem hæc explicationem *l. 2. pr. ff. de bon. poss. sec. Tab.* ibi: *aut ante decesserint.* quæ lex liquido probat, Prætozem testamentum injustum sustinere, si liberi vel decesserint vel alias jus bon. poss. petendæ contra Tab. amiserint 43

K

serint

serint; Quæ verba cum sint generalia clara & perspicua; *d. pr.* vero sententia obscura & ambigua, hinc merito hoc *ex l. 2. pr.* explicandum, & ad legatarios restringendum.

- 46 Locuti autem sumus de suo præterito, idque propterea quia emancipatus jure civili veteri præteriri poterat §. *emancipatos 3. f. de ex lib. obrationem*, quia pro extraneo habebatur §. *3. Inst. de hered. qual.* Et hinc testamentum patris, non obstante emancipati præteritione, sustinebatur, & Heres scriptus hereditatem adire poterat, nisi emancipatus præteritus bon. poss. c. Tab. petiisset, de quo *in cap. seq.* Si vero ante testatorem moriebatur, bon. poss. contra Tab. peti ab eo non potuit, sed heres scriptus tutus jure civili se pro herede gerere & hereditatem adire potuit. At hodie sublata emancipatione, quoad effectum institutionis necessario faciendæ, testamentum in quo filius sive suus, sive emancipatus, sive à patre, sive à matre præteritus sit, testamentum ipso jure nullum est, secundum veriorum Ddorum sententiam, quæ clarè satis probatur per verba Imper. *in Nov. 115. cap. 3. circa fin. ibi: Si autem hæc observata non fuerint, nullum ex heredatis liberis præjudicium generari & cap. 4. §. 9. Si autem hæc omnia non fuerint observata, nullam vim ejusmodi testamentum habere sancimus* add: Richter, *Dec. 41. p. 1. n. 43.* Dn. Struv. *exerc. 32. tb. 26.* Dn. Brunn. *ad Auth. Non licet n. 1. & 2. Constit. Elect. 9. p. 3.*
- 48 ibique Carpz. *def. 1. & 2.* Adeoque si hodie pater filium, emancipatum, vel mater liberos suos, qui vel jam existunt, vel post conditum testamentum agnascuntur, prætereant, hoc testamentum ipso jure nullum est, nec hereditas ex tali testamento adiri potest, licet liberi præteriti vel agnati iterum ante testatorem vel matrem mortui sint, sed solo remedio prætorio tale testamentum sustinetur, modo septem testium signis signatum, & intra tempus bon. possessioni agnoscendæ statutum, ea agnoscatur. Dicta de testamento parentum extendimus quoque ob paritatem rationis ad testamentum liberorum, in quo præterierunt parentes, nam hoc quoque ipso jure nullum est *Constit. Elect. 9. p. 3. ibiq.* Carpz. licet parentes in præ-
- teritio-

ritionem consentiant Richt. Dec. 51. part. 1. n. 6. per Nov. 115. C. 4. §. 9. Carpz. def. 2. Si tamen Parentes moriantur ante testatorem, ex æquitate Prætoris sustineri poterit, cum eadem prorsus subsit ratio, quæ erat in filio præterito ante patrem mortuo, Carpz. p. 3. C. 10. def. 2. n. 6. Sed ne nimium excre- scat hæc dissertatio, properandum ad alios casus; Et

III. Necessariam reperio bon. poss. sec. Tab. Si filius præ- 50
teritus in præteritionem consentiat. Et continet, hæc asser- 51
tio tres distinctos casus sub se; (1.) est; Si filius vel ante condi-
tum testamentum, vel in ipso actu testamenti præteritioni
consentit, & patri permittit alios se præterito instituere, quod
testamentum, non obstante filii consensu, jure civili nullum
est, nec subsistit, sed filius nihilominus post mortem patris te-
stamentum nullum dicere potest l. 35. §. 1. C. de inoff. ibi: ve-
tere jurgio exploso, hujusmodi pacto filium minimè gravari ad-
ditur hæc ratio in textu: *meritis magis ad paterna obsequia*
provocandos, quam pactioibus adstringendos; cui accedit
hæc ratio, quod hoc pactum sit renunciativum, renunciatio
vero hereditatis viventis & hinc nondum delatæ non valet l.
19. ff. de acq. hered. l. 62. ff. de R. J. l. 10. ff. de Acq. hered. Sa-
lycet. ad d. l. si quando n. 5. Hunn. ad Tr. Disp. 16. vol. 2. qu. 10.
n. 3. His addenda generalis illa ratio quæ in omnibus tribus 52
casibus locum invenit, quod scilicet LL. civiles sui heredis
institutionem pro forma requirant, pr. Inst. de exher. lib. l. 30.
ff. de lib. & postb. Forma vero à Lege præscripta privato-
rum pactis immutari non potest l. 38. ff. de pact. nec quis-
quam potest in testamento suo cavere, ne leges in eo locum
habeant l. 55. ff. de Leg. 1. caveret autem hoc pater, si filii con- 53
sensu eum præterire posset. Nec contrariatur huic quod in-
stitutionis necessitas in favorem liberorum sit introducta, re-
liquæ vero solennitates, ut v. g. septem testes adhibeantur,
propter publicam utilitatem introductæ, ne scilicet fraus vel
falitas in testamentis committatur, hinc poterunt liberi non
quidem huic, bene tamen illi formæ renunciare, ut per l. pen.
C. de pact. argumentatur Sichard. ad Rubr. C. de Liber præter.
n. 1. & 2. Et hinc vult, tale testamentum etiam de jure civili
subsistere



94 subsistere posse. Respondemus igitur, *d. l. pen.* non procedere in iis, quæ lex tam necessario requirit, ut iis omissis actum vitiosum & nullum declaret; tunc enim lex omnem dispositionem hominum tollit, & facit ut consensus partium nihil operetur, ut bene declarat Berlich. *p. 3. Concl. 16. n. 19*, Jam verò certum, & liquido constat *ex pr. 3. de exhered. lib. liberorum* institutionem tam necessario requiri, ut ea omissa testamentum ipso jure nullum sit, nec expectetur filii consensus vel dissensus, ut latè probat Salycet. *ad l. uxoris C. de posth. hered. n. 3.* Firma ergo manet Conclusio: testamentum, in quo, filius, vel in ipso actu, vel adhuc ante ejus confectioem in præteritionem consentiens, præteritus est, jure civili non subsistere. Necessaria ergo est bona possessionis agnitio, cum Prætor tale testamentum ex æquitate conservet, idque ex vulgari ratione, quod Prætor omnia pacta & promissa servari præcipit *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecun.* In specie vero huc pertinet *l. 6. §. 6. ff. de B. P. contr. Tab.* ubi filius qui se ipsum exheredem scripsit, repellitur à B. P. contra Tab. idque ex hac ratione, quia consensisse videtur: At eadem ratio est testamenti conservandi, siue filius in injustam exheredationem consentiat, siue in præteritionem, ea propter enim testamentum sustinetur, quia filius consensit. Nec contrariatur; quod affert Hunn. *Disp. 16. tb. 3. qu. 10. n. 3. in fin.* ibi: *testamentum hoc nec ex æquitate Prætoria subsistere*, quia Prætor quidem multa præter LL. nihil tamen contra LL. facere potest, add. Bachov. *in not. ad Inst. §. 7. n. 1.* Verum hæc sententia *cap. 1. n. 30. & seq.* examinata & rejecta est, & LL. ab Hunnio adductæ *n. 32.* explicatæ sunt. Adeoque hodiernum hoc casu tantum jure Prætorio ad hereditatem aliquem pervenire posse rectè statuunt Jul. Clarus *Recept. sent. lib. 3. §. Testamentum qu. 43. n. 3.* ubi hanc opinionem dicit communem Berlich. *P. 3. Concl. 16. n. 10. & prioribus Dn. Carpæ. p. 3. C. 10. def. 1. n. 1. & 2.*

97 (2) Casus est, si filius testamentum patris in quo præteritus est, post mortem approbet, quod testamentum de jure civili itidem non subsistit, initio enim nullum fuit, per sæpius *d. pr. 3.*

pr. 7. de exb. lib. l. 30. ff. de lib. & postb. l. 1. ff. de inj. rupt. irr.
 Ergo ex postfacto & subsequenti filii consensu subsistere non
 potuit, l. 210. ff. de R. J. & filius illud, quod ipso jure nullum
 est, ex suo arbitrio, nudaque sua voluntate validum reddere
 non potest. Cui non contrariatur, quod filius injuriam sibi 58
 illatam remittere possit, & testamentum oppugnare, nisi vo-
 lens, non teneatur. 2. cessant hic in casu 1. adducta, quod sc.
 hereditas vivente patre nondum delata sit; hoc autem casu
 delata jam est, quid igitur vetat, quo minus hereditati re-
 nunciare & testamentum approbare possit. 3. id expresse con-
 firmat l. 35. § 1. in fin. ff. de inoff. ibi: *Nisi transactiones ad he-
 redes paternos filius celebraverit, in quibus apertissime judici-
 um patris agnoverit.* ex quo clare satis patet, filium etiam de
 jure civili post mortem patris posse testamentum paternum
 approbare. Verum concedimus omnia dicta, cum rationes 59
 hæ tres nobis prorsus non contrarientur, hoc enim certum:
 filius potest injuriam post apertas tabulas remittere, potest he-
 reditatem patris repudiare, sed hac remissione, hac repudia-
 tione non efficit, ut testamentum ipso jure civili convalide-
 tur & subsistat, sed tantum suo juri renunciat, & hinc non
 obstante filii repudiatione, poterunt reliqui heredes, ab in-
 testato filium approbantem sequentes, hereditatem tanquam
 ab intestato delatam ab heredibus scriptis avocare, nisi hi
 ex jure Prætorio bon. possessionem legitimè agnoverint. Præ- 60
 tor enim sustinet testamentum quod post mortem Patris à filio
 fuit approbatum per l. 17. ff. de injust. rupt. licet subtilitas ju-
 ris refragetur ut in d. l. inquit Papinianus h. e. licet jure ci-
 vili sustineri non possit, per hæcenus dicta add. l. 2. pr. ff. de
 B. P. sec. Tab. ibi: *vel repudiaverint recte ergo sentiunt Jul.*
Clar. d. 9. Testamentum qu. 43. n. 2. Bachov. ad Tr. vol. 2. Diff.
II. th. 1. lit. C. ad verba: etiam tacente in fin. Berlich. d. Concl.
16. n. II. Carpz. C. 10. d. 1. n. 4. Dn. Brunn. ad d. l. 17. n. 1. Hoc
casu necessariam esse B. P. sec. Tab.

Approbatio autem paterni testamenti fit vel expresse, si 61
 scil. per expressa verba voluntatem suam explicet: se appro-
 bare

- bare testamentum paternum, vel tacite, si legatum aliaque in
testamento sibi relicta acceptet *l. 10 §. 3. ff. de bon. poss. c. Tab.*
L. 5. §. 2. ff. de Leg. prest. c. Tab. Salycet. ad l. uxoris C. de postb.
62. *bered n. 2.* Item si intra annum bon. poss. c. Tab. petere omit-
tat Barry *de success. lib. 11. tit. 6. cas. 7.* quod quidem admitto
de jure antiquo in filio emancipato præterito, non vero in
suo nec hodie in emancipato, cum jus dicendi testamentum
nullum iis per 30. annos competat. Berlich. *d. Concl. 16. n. 36.*
add. Ferdin. Vasqv. *de succ. resol. §. 7. n. 4.* Grass. *§. Testamen-*
tum qv. 48. n. 8.
63. (3) Casus est, si filius testamentum jam tum conditum à
patre, in quo præteritus erat, approbet, patre adhuc vivente,
qui casus ob rationis identitatem cum primo convenire vi-
detur; hinc etiam rationes quæ ibi adductæ, quod testamen-
tum in quo filius consentiens præteritus est, non subsistat de
64. jure civili, hic militare possunt, quibus adde, quod testamen-
tum hoc ab initio nullum sit, quod verò nullum est, per rati-
ficationem confirmari nequit; imò ratificatio non plus ope-
rari potest, quàm si ipse consensus ab initio statim intervenisset,
at hoc casu, ut dictum, testamentum jure civili non subsistit,
ergò multò minus, quod ex post facto ratihabitum est. vid.
Berlich *d. Concl. 16.* ubi ex professo de hoc casu tractat, &
rationes pro & contra adducit *n. 15. 16. & seq. usq. ad 25.* Ubi
in *n. 22. ex Consult. Constit. Sax. tom. 1. p. 2. qv. 32. & tom. 2.*
part. 2. qv. 22. adducit, de hoc casu olim dubitatum fuisse, an
scil. tale testamentum consensu filii approbatum, planè nul-
lum sit, an vero nullum sit tantum jure civili, valeat verò
65. jure Prætorio. Hodie verò de hoc casu eo minus dubii su-
perest, cum per expressam & singularem Constitutionem ab
August Elect. Sax. sit decisa, quæ extat *p. 3. C. 10.* ibi: und sol-
ches ist mit ihrer Bewilligung und Vorwissen geschehen / so ist
66. solches Testament saltem jure prætorio kräftig. Quæ senten-
tia etiam communis est per tradita Berlich. *d. l. Jul. Clari*
d. qv. 47. n. 3. Carpz. *ad d. Const. def. 1. n. 5. & seq.* Moller. *ad*
d. Const. n. 1. seqq. Gomez. *vir. resol. tom. 1. c. 11. n. 6.* Grass. *Re-*
cept. sent. §. Testamentum qv. 48. n. 7. Dicta

Dicta de testamento convalidando de jure Prætorio, non tantum obtinent si in eo institutus sit succedens ab intestato, ut aliqui oppinantur vid. Dn. Brunn. *ad l. 12. & 17. ff. de injust. rupt.* sed etiam in quocunque extraneo instituto procedunt Jul. Clar. *d. qv. n. 3.* Grass. *d. l. n. 7. in fin.* Dn; Carpz. *d. l. def. 2. n. 4.* ibique Esbach. *& ab hoc alleg.* Eadem quoque obtinent, si parentes consentientes sint præteriti, cum testamentum liberorum in quo parentes præteriti æquè nullum, ac horum si liberos prætereant per *Nov. 115. cap. 4. §. 9.* Si verò consentiant testamentum quidem subsistit, sed non de jure civili, sed tantum de jure Prætorio. ob rationis identitatem, Carpz. *d. def. n. 2. & 6. add. supr. n. 49.*

IV. Necessaria est bon poss. sec. Tab. Si testator tempore conditi testamenti civis Romanus & sui Juris fuit & tempore mortis testamenti factionem habuit, medio verò tempore capitis deminutionem passus est. Qui casus iterum tres distinctos sub se comprehendit: Notum enim, capitis deminutionem esse triplicem, quælibet igitur capitis deminutio, medio tempore facta, locum facit necessariæ successioni ex jure Prætorio. Cum verò servos amplius non habeamus, insuper quoad hanc materiam maxima & media prorsus conveniant, hinc eas conjungemus. Si quis igitur (.) post perfectè conditum testamentum mediam capitis deminutionem patiat, restitutusque moriatur, ejus testamentum jure civili non subsistit, §. 4. & 5. *Inst. qv. mod. testam. infirm.* Incidit enim testamentum in talem statum à quo incipere non potest. per mediam enim capitis deminutionem è numero civium Romanorum quis tollitur & omnia jura amittuntur §. 1. *J. qv. m. patr. potest. solv. l. 17. §. 1. ff. de pan. l. 6. pr. ff. de interd. & releg.* qui igitur civis Romanus non est, nec testamentum condere potest. Quoties verò actus in eum statum devenit à quo incipere nequit, toties redditur vitiosus, per notata à Dno. Præside *ad d. §. 4.* Quod verò semel vitiosum est, stricto jure civili ex post facto & tractu temporis non convalecit *l. 29. & 210. ff. de R. J.* licet restitutio à Principe facta & impetrata.

67.

68.

69.

70.

trata. Prætor tamen, quâ est æquitate, si tempore mortis iterum inveniatur civis Romanus, tale testamentum conservat *l. 1. §. 8. ff. de B. P. sec. Tab. l. 6. §. pen. ff. de injust. rupt. §. 6. §. qvib. mod. test. infirm.* Adeoque hoc casu hodiernum non hereditatem adiri, sed tantum bonorum possessionem secundum Tabulas coram iudice peti posse, statuunt Petr. Gregor. *lib. 43. cap. 3. n. 8. Dilect. de Arte testandi tit. 11. caut. 14. n. 2. cas. 2. Zœl. ad ff. tit. de injust. rupt. n. 13. Corn. Bredorodius Tr. de Cautelis tit. de A. vel O. H. §. qvo remedio n. 2. cas. 2. Dn. Struv. exerc. 38. th. 43. n. 2. B. Dn. Brunn. in repet. parat. Wesenb. tit. de injust. rupt. & irrit. qv. 9. Dn. Præses in not. ad §. 6. Inst. qv. m. test. infirm. & Usu moderno ff. tit. de B. P. §. 3. n. 2.* Licet dissent. Anton. Faber. *lib. 10. Conject. 19. Bach. ad Tr. vol. 2. Disp. 10. th. 7. lit. D. §. Superest.* Qui volunt etiam jure civili testamentum restituti reviviscere, & fundant se in *l. 6. §. 12. ff. de inj. rupt.* ubi testamentum ejus qui maximam passus est capitis deminutionem, reviviscit, si restituatur, ergò multò magis ejus qui mediam passus est. Verum resp. *d. §. 12.* duos diversos casus continere; primus est si quis captus à hostibus, 2. Si quis ob delictum servus pœnæ efficiatur, de utroque restituito jam agitur & dicitur: Si quis ab hostibus captus, testamentum ejus irritum fieri, si tamen revertatur, vires suas testamentum recipere jure postliminii adeoque ipso jure civili. §. Ergò jam loquitur de restituito à Principe, & hujus testamentum convalescere asseritur. Id quod nos etiam asserimus, sed in hoc negotii cardo vertitur, quo jure convalescat, & hoc ex *d. l. 6. §. 12.* non probatur, cum ibi simpliciter tantum asseratur: *testamentum ejus convalescet*, supplendus ergo hic textus ex aliis, & quidem ex §. 4. 5. & 6. *Inst. mod. test. infir.* ubi de hoc casu latè agitur & asseritur jure civili non subsistere, sed tantum jure Prætorio. Ad quos §§. nulla, imo inepta, est responsio tum Fabri tum Bachovii *d. l. in fin.* dicentium: Inter incurias Triboniani referendos esse hos §§. Potius generaliter intelligendi. Si enim hæc responsio sufficiens esset, quilibet pro arbitrio senti-

senti-

tentiam contra jus eligere posset, ad leges verò contradicentes regerere eas incuria compilatorum fuisse insertas; Insuper data explicatio commoda satis est ad tollendam antinomiam, cum ipse Bach. *d. l. ad l. 8. §. 3. ff. de Codicill.* respondeat: eam esse supplendam & explicandam ex *l. pen. §. 2. ff. de B. P. sec. Tab.* cur ergo eadem explicatio hic sibi locum vindicare non posset? Ratio verò, cur testamentum capti ab hostibus ipso jure civili reconvalescat, hæc est, quod singulari præmio dignus & afficiendus sit is, qui vitam pro patria exposuit, & ita captus est, fingitur ergò ac si nunquam captus fuisset, si revertatur: Verum tanto favore dignus non est, qui meritas delicti sui pœnas luit, licet postmodum à Principe plenissime restituatur, ob factum tamen suum præcedens nullum omnino privilegium exposcere potest, uti quidem potest is, qui pugnando pro patria captus est, sed hic ex mera gratia Principis civitati & libertati restituitur, quod ipsi sufficere debet. Ulterius verò urgeri posse video: Quod restitutio Principis sit amissorum omnium recuperatio *l. ult. §. 4. C. de Sent. Pass.* adeoque testamentum hoc ipso jure civili reviviscet, insuper ruptio hæc testamenti juris civilis tantum est, ergo Princeps hoc impedimentum tollere potest, quod etiam sustulisse præsumitur, dum restituendo vult, ac si nunquam jus civitatis amisisset. Repono igitur, ex dictis quidem sequi, Principem posse tale testamentum ruptum vigori suo restituere, sed hoc per generalem restitutionem fecisse non præsumitur, nisi in specie hoc expresserit; aliàs enim hæc restitutio generalis ita interpretanda ut juri conformis sit. Deinde dictum hoc, de restitutione omnium eorum quæ habuit tempore deportationis, intelligendum, de facultate testandi, ita ut post recuperatam civitatem æquè ut ante deportationem testari possit, non verò quod Princeps testamentum quod ipso jure nullum est, restituisse contra jus præsumatur. Manet ergo salva conclusio; testamentum ante deportationem conditum, impetrata restitutione, non convalescere jure civili, bene tamen jure Prætorio.

L

Mira-



- 78 Miraberis me prolixum nimis fuisse in hac quaestione de restitutione deportati, cum tamen nullum usum hodie praestare possit; Deportatio enim, ob deficientes insulas Imperio subiectas, ab usu recessit. Fateor ita esse, in locum deportatorum tamen hodie successerunt banniti Imperii Gail. *Tr. Pace publ. lib. 2. cap. 1. n. 24.* Dauthe *de Testament. n. 311, in fin.* Treutl. *vol. 1. Disp. 3. th. 5. lit. E.* Joh. Cöppen *in Usupr. lib. 1. Observ. 59. n. 12.* Et licet hodie relegati non amittant jus civitatis, sed tantum civitatem s. jus commorandi in civitate Ludw. *ad ff. tit. de Interd. & releg. n. 4.* Meier. *C. A. d. t. th. 6.* Dn. Carpz. *p. 4. C. 47. def. 9.* Dn. Struv. *exerc. 49. th. 109.* Si tamen ad fustigationem relegatio perpetua accedat, ita ut hæc duo conjuncta sint, civitatis jus hodiernum amittitur Dn. Brunn. *exerc. just. 3. §. 1. qu. mod. patr. pot. solv. n. 4.* Ubicunque vero jus civitatis amittitur & postea recuperatur, ibi dicta de deportato obtinent.
- 80 (1.) Casus est, si quis sui juris testamentum condat, post vero se det arrogandum, tunc enim irritum fit tale testamentum, cum incidat in talem statum à quo incipere non potest, adeoque non convalescit jure civili, licet iterum emancipetur, jure Prætorio tamen hujus testamentum sustinetur §. 6. *J. qu. m. test. inf.* add: Vafq. *de succ. resol. lib. 1. §. 19. n. 44.* Bach. *ad Tr. vol. 2. Disp. 10. th. 7. lit. D. §. Super est.* Brevitatis ergo repetita illa volo, quæ modo dixi de deportato, cum omnia illa hic quoque obtineant, modo unica hæc observetur differentia, quod Prætor in arrogato emancipato requirat voluntatis novæ declarationem, quod sc. arrogatus voluerit ex hoc testamento decedere *l. pen. §. 2. ff. de bon. poss. sec. Tab.* Dn. Struv. *exerc. 32. th. 45.* Schneidw. *ad §. 6. J. qu. m. testam. infirm.* Schotan. *in exam. jur. tit. de inj. rupt. qu. pen.* Dn. D. Joach. Hoppius
- 82 *Exam. Inst. tit. qu. mod. testam. infirm. qu. 12.* Ratio diversitatis hæc est: quod ille, qui voluntario sibi adimit testamenti factionem, videatur mutasse suam voluntatem & testamentum annuissse, ne igitur Prætor contra voluntatem defuncti heredem admittat, requirit voluntatis declarationem. Hæc vero præsum-

præsuntio cessat in deportato, cum hic præter voluntatem testamenti factionem amittat, adeoque in eo nova voluntatis declaratione opus non est. Dn, Struv. *d. ib. 45.* Scotan. *d. l. qv. ult.*

Denique (3.) bon. poss. sec. Tab. necessaria erit institutio à filiofamilias, cujus pater capitis deminutionem passus, restitutus est, si moriatur filius sui juris. Ut ut enim filius per deportationem patris sui juris efficiatur §. 1. *q. m. patr. pot. solv.* adeoque recte testamentum condatur, sitamen pater gratiam impetret, & restituatur, in patriam potestatem revertitur, per verba expressa *d. §. 1. in fin.* Schneidw. *ad d. §. n. 15.* & hinc ejus testamentum antea conditum concidit Zœf. *ad ff. de Sent. pass. n. 5.* Dn, Brunn. *in repet. Wesenb. d. t. qv. 3.* Si vero semel irritum factum, non convalescit per emancipationem jure civili, Prætorio tamen beneficio per bon. poss. sec. Tab. heres ex tali testamento hereditatem obtinere potest *l. 1. §. 8. ff. de bon. poss. sec. Tab.* adeoque hoc casu necessaria est bon. poss.

V. Si testator posterius testamentum perfectè conditum incidit, ut prius factum valeret, jure civili eadem prius vires suas non recipit, semel enim ruptum fuit, modo posterius perfectè & secundum requisita legum conditum fuerit *l. Sancimus 27. C. de testam.* Paganus enim cum duobus testamentis decedere non potest, cum in eo contineatur dispositio de universis bonis, si ergo heredes in priori testamento totam hereditatem capere debent, sequitur institutos in testamento secundo nihil capere & contra. Hinc à lege inductum; ut posterior testatoris voluntas pro lege observetur, cum hominis voluntas ambulatoria sit ad extremum vitæ halitum *l. 4. ff. de adim. leg.* Si igitur post prius testamentum conditum testator voluntatem suam mutaverit, & aliud testamentum legitimum condiderit, prius ipso jure rumpitur & corrumpitur *l. 1. §. 2. ff. de inj. rupt.* licet posterius testamentum exitum habere non poterit, forte ob mortem heredis, vel conditionem deficientem, vel quia heres posterior adire non vult, prius testamentum ni-

- hilominus invalidum manet nec reviviscit §. 2. J. qv. mod. test. infir. l. 16. ff. de injust. rupt. Jul. Clarus §. Testamentum qv. 96. Hieron. Pantfchman. p. 2. qv. pract. 14. n. 19. Schneidw. ad d. §. 2. n. 2, Richt. Dec. 49. n. 7. & seq. Dn. Brunn. ad. d. l. 16. & ibi allegatos. Adeoq; jure civili testamentum prius reconvalere non potest, licet testator hoc sine dilaceret posterius. Prætor tamen prius hoc testamentum sustinet, adeoque hoc casu & hodie bon. possessionis agnitio necessaria est Vasq. de succ. resol. lib. 2. §. 15. n. 5. Barry de success. lib. 11. tit. 6. n. 1. cas. 8. Dilect. de Arte testandi tit. 11. caut. 14. n. 2. cas. 12. Brederodius de Cautel. tit. de A. vel. O. H. §. quo remedio n. 2. cas. 12. Dn. Strauch. exerc. justin. 9. th. 32. in fin.
- 87
- 88 Ut tamen dicta de jure pratorio procedant, requiritur (1.) Ut testamentum prius adhuc extet non cancellatum nec ruptum, sed septem testium signis salvis adhuc confirmatum l. 1. §. 10. & l. 7. ff. de B. P. sec. Tab. & testamentum quod convalescere debet, omnia requisita juris Prætorii habere debet, alias Prætor illud non tuetur ut probat ex Cumano Vasqvio & Hiligero Dn. Brunn. ad. l. 3. C. de posth. hered. n. 10. (2.) Requiritur, ut probetur testatoris voluntas, se eo animo posteriq dilacerasse ut valeret prius per l. 11. §. 2. ff. de B. P. sec. Tab. ibi: ut priores supremas relinqueret. Urges; Quomodo voluntas defuncti probari poterit, ut pote quæ in animo consistit, & hinc per juramentum probanda, qui vero mortuus est, juramentum nullum præstare, & per consequens nulla voluntatis probatio fieri potest, ad impossibilia vero nemo constringendus. Verum consequentia infirma est; voluntas juramento probatur, ergo non per testes; intelligitur enim hic voluntas per verba declarata, quæ per testes, qui audiverunt à defuncto dicente, se velle ex testamento priori decedere, satis probari potest.
- 89
- 90
- 91 Deinde dubium, quot testes requirantur ad hujus voluntatis probationem, & quinque opus esse videtur per l. ult. §. 3. C. de Codicill. ubi in omni ultima voluntate saltim quinque requiruntur testes, at hæc voluntas, qua testator dicit se ex priori testamento decedere velle, sine dubio est ultima E. Quâ ratione
- motus

motus Gothofr. *in not. ad d. l. ii. lit. C.* quinque testes requirit. Consentire videtur Dn. Struv. *exerc. 32. tb. 45.* Verius tamen omnino sentit Dn. Præses *in not. ad §. 6. J. qv. m. t. infir.* duos testes sufficere. Quæ sententia liquido probatur ex *d. l. ii. §. 92* 2 *ibi: codicillus aut aliis literis* non ergo præcise codicillus, sed alia quæcunque scriptura recognita sufficit. Objectionem ex *l. ult. C. de Codic.* propositam ipse Papinianus in *d. §.* sibi movet his verbis: *nec putaverit quisquam nudâ voluntate constitui testamentum.* Hoc sc. dicere vult: posset objici nudâ voluntate testamentum s. ultimam voluntatem non subsistere, sed ad minimum septem vel quinque testes requiri, hanc vero esse ultimam voluntatem. Respondet igitur verbis sequentibus: *Non enim de jure testamenti maxime queritur, sed viribus exceptionis, quæ in hoc judicio quanquam auctori opponatur, ex persona tamen ejus, qui opponit aestimatur, quæ ultima verba,* 93 *ut ut obscura, commode tamen ita explicari posse videntur, ut sensus sit: Non propterea desiderari probationem, ut testamentum subsistat, Prætor enim omne testamentum septem signis signatum pro valido habet l. 7. ff. d. t. Sed ut exceptio actoris elidatur, qui dicit bon. possessorem bona defuncti possidere contra voluntatem defuncti, hinc requiruntur testes, vel aliæ literæ quibus intentio actoris pessumdetur, ejusque contrarium ostendatur. Cum igitur hæc probatio tantum sit veritatis, non verò solennitatis, hinc sequitur duos testes sufficere arg. l. 12. ff. de testib.*

Occurrit verò hic iterum quæstio de clausula codicillari, 94 dixim⁹ enim necessariam esse hæc bon. poss. clausula verò codicillaris in priori testamento adjecta, videtur fideicommissum operari, hæc enim vis est hujus clausulæ, ut per eam testator quoscunque successores præsumatur rogasse, ut huic heredi instituto, si directo hereditatem consequi non posset, ex fideicomisso restituant, adeoque in priori testamento instituti hereditatem consequi poterunt, sive posterius testamentum salvum maneat, sive iterum rescindatur, priori enim casu per institutum, posteriori per succedentes ab intestato hereditatem

95 conseqvitur, & hæc opinio sustineri posse videtur ex §. 1. *Inst. de Codicil.* ubi dicitur, codicillos non revocari per subsequens testamentum, nisi hoc expresserit testator, & hanc sententiam quod scil. heres in secundo testamento scriptus teneatur hereditatem restituere instituto in testamento primo vi claus. Codicillaris, tenet Francisc. Niger. Cyriac. *Lib. 1. Controv. 168. n. 17.* ubi allegat Nattam *Conf. 484. n. 7.* Menoch. *Conf. 857. n. 17. 18. 19.* Regnerum Sixtinum *Conf. 21. vol. 2. n. 32. Acad. Marpurg.* Hæc tamen sententia juri minimè conformis est cum per posterius testamentum non tantum heredis institutio, sed & legata in primo testamento relicta concidant, nisi expressè sustineantur Mantica *de conject. lib. 12. tit. 1. n. 37.* Grass. *Recept. Sent. §. Testamentum qv. 86. n. 1.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 3. def. 40.* Dn. Brunn. *ad l. 18. ff. de Leg. 3. n. 2.* ultima enim hominis voluntas attendenda est, quæ est, ne capiat heres in primo testamento institutus hereditatem, quæ inde satis apparet, quod alium vult habere successorem, quem per ultimum testamentum declarat. Clausula codicillaris verò contra expressam voluntatem operari non potest, cum illa tantum præsumtiva nitatur. Codicilli quoque ut ut testamento subsequente confirmari præcise non debeant, hoc tamen intelligendum, de codicillis, per quos res singularis defertur, & si ex testamento subsequente contrarium non appareat, quod tamen satis liquet, si in codicillo alicui totam hereditatem assignassem, & deinde aliud testamentum conderem.

97 VI. Notatu dignum exemplum occurrit in duobus diversis testamentis uno tempore conditis, ita ut non constet, quodnam sit prius quodnam posterius; utrumque enim de jure civili infirmatur, *arg. l. Duo sunt Titii 30. ff. de testam. tutel.* juris enim ratio non permittit, ut quis directo ex duobus testamentis decedat, sed unum semper tollit alterum §. 2. *J. qv. m. test infir.* est enim testamentum dispositio de universis bonis, de quibus non nisi ultima dispositio valere potest, add: Dn.

98 Præses *in not. ad §. 3. J. de Codicill.* Cum vero hoc nostro casu nullum sit prius, nullum posterius, hinc ob incertam & dubiam

am.

am testatoris voluntatem, testamenta ejus exitum invenire non possunt, sed utrumque de jure civili corrumpit & invalidum est, uti explico Michaël Grass, *Recept. sentent. §. Testamentum qu. ult. Zœl. ad ff. tit. de injust. rupt. n. 32.* Joan. Fichard. *in thes. op. comm. sub lit T. n. 60.* Sichard. *ad l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. n. 26.* Boër *Dec. 371. n. 3.* Harprecht *ad §. 2. 7. qu. m. test. infr. infin. Dn. Brunn. exerc. just. ad d. §. n. 4. & Comm. ff. ad d. l. 30. de test. tut. n. ult.* Prætor vero utrumque ad bon. poss. secundum tabulas admittit, per text., expressum *in l. 1. §. 6. ff. de B. P. sec. Tab.* Qui casus cum à paucis huc usque observatus sit, hinc placet totum §. huc transcribere: *Sed etsi in duobus codicibus simul signatis, alios atq; alios heredes scripserit, & utrumq; extet: ex utroq; quasi ex uno competit bon. poss. quia pro unis tabulis habendum est, & supremum utrumq; accipiemus.* add: Dn. Struv. *exerc. 37. ch. 53. infin. Dn. Brunn. ad d. l. 1. qui n. 3.* notabilem hunc §. dicit & ex Manz, secundum eum pronunciatum refert. Eandem dispositionem obtinere quoque putamus in testamentis duobus, quorum unum quidem diem adjectum habet, aliud vero non item, nec constat, an illud sine dato sit prius, an posterius, tunc ob incertitudinem neutrum valebit de jure civili arg. *d. l. 30.* Prætorio tamen jure utrumque subsistit, & pro unis tabulis habebuntur cum per omnia eadem subsit ratio quæ erat in casu modo dicto.

VII. Casus non minus notabilis est: Si heres sub conditione casuali institutus sit, & ante conditionis eventum hereditate frui velit; Quod jure civili fieri nullo modo potest, pendet enim institutio à conditionis eventu, quæ si existat, vires tribuit institutioni & retrahitur, ac si statim in momento mortis extitisset; si verò evanescit, institutio quoque nullas vires habet *§. 9. & 11. 7. de hered. instit. l. 26. ff. de cond. instit. & ibi Dd.* quod igitur pendet, non est pro eo, quasi sit, ut loquitur Paulus *in l. 196. §. 1. ff. de R. 7.* & conditio antequam impleta nihil ponit in esse *l. 8. ff. Si quis omiss. caus. test. l. Cedere diem 213. ff. de V. S. ibiq; Dd. Dn. Carpz p. 1. C. 3. d. 3. n. 3.* ut hinc non audiatur institutus sub conditione si hereditatem

- ditatem velit adire ante conditionis existentiam Dn. Struv. *exerc. 33. tb. 45.* cum perinde sit ac si dispositio facta non esset
- 10 **Gai. lib. 2. Obs. 32. n. 3.** Prætor tamen, pendente etiam conditione bon. possessionem secundum tabulas concedit *l. 2. §. 1. & l. 6. ff. de bon. poss. sec. Tab.* adeoque in eo omnes conveniunt hodie heredem sub conditione institutum non posse hereditatem adire, sed tantum bon. possessionem petere, uti asserit Menoch, *Cons. 105. n. 50.* Petr. Gregor. *l. 43. cap. 3. n. ult. cas. 3.* Dn. Struv. *exerc. 38. tb. 43. cas. 3.* Dn. Brunn. *exerc. just. tit. de bon. poss. §. 2. n. 2.* Nec ullam differentiam facimus, an quis solus heres sit institutus sub conditione, an coheredem habeat qui pure institutus Dn. Brunn. *d. l. Mich. Grass. §. B. Possessio qu. 29. n. 3.* Licet Dd. hic valde discrepent vid. Treutl. *vol. 2. Disp. 15. tb. 4. lit. B. ibiq.* Bachov. & Hunn.
- 104 Nec contrariatur dictis *l. 2. §. 6. ff. de B. P. sec. Tab.* ibi: *antequam existat conditio neutrum petere.* Responderi enim potest *d. §. de casu tali loqui,* ubi heres incertus per conditionis existentiam certiorandus erat, quo casu bon. poss. utique agnosci non potest, cum testator nullam personam certam expresserit v. g. quicumque sororis filiam in uxorem ducet, heres meus esto, offert igitur se quidam, dicendo se velle parere conditioni, & eam ducere; Ante conditionis existentiam, audiendus non est, cum testator de hoc ante conditionis existentiam cogitasse non censetur, sed præcisse ad adimplendam conditionem respexisse existamandus est.
- 105 Sed obiter: quid si infimæ sortis homo se offerat morem gessurus conditioni scriptæ, & ambiat virginem, illa vero renuat huic nubere an bona consequi poterit? Et negandum, puto, cum testator nullam certam personam exprimendo censeatur arbitrium hujus sororis filiam non exclusisse, adeoque
- 106 hereditatem nemo nisi qui eam ducit consequi potest Nos vero concedendo instituto bon. poss. sec. Tab. supponimus, testatorem personam per se certam sub conditione tamen instituisse v. g. Mevius si sororis filiam duxerit heres esto, qui si se offerat conditioni pariturus bon. poss. sec. Tab. consequi potest

potest per *d. l. 6. ff. sec. Tab.* Sed quid si & huic nubere nolit 107
 fororis filia? sane conditio habebitur pro purificata, quia cer-
 ta persona est expressa; si vero objiciatur, quod conditionem
 non implevisset, regei potest: *Non stat per me*, quæ exceptio
 hoc casu procedit si filia illa repudiat matrimonium *l. in jure
 civili 161. ff. de V. S. l. 1. C. de instit. & subst.* ibique Sichard. n.
 6. & Dn. Brunn. *Comm. Cod. ibid. n. 3.* Nec videtur defectus
 conditione, si parere conditioni non possit; implenda est e-
 nim voluntas, si potest, ut loquitur Ulpian. *in l. 8. §. 7. ff. de
 condit. instit.* Hinc notat Dn. Struv. *exerc. 33. tb. 51. in fin.* quod
 aliquando conditio pro impleta habeatur, si penes ipsum non
 stet, cui injuncta est, ut si casu impediatur. Dicta tamen 108
l. 8. §. 7. ut & assertum Dn. Struvii de eo, qui casu est impe-
 ditus, universaliter non procedunt, sed institutio quoque evanescit
 v. g. hoc nostro casu, si sororis filia mortua, tunc Mevi9 insti-
 tut9 sub conditione, si hanc duxerit, hereditatem consequi non
 potest, licet paratus sit eam ducere, cum casu sit impeditus
L. 31. ff. de Condit. & demonstrat. l. 4. C. de Condit. adscript. ibi-
 que Dn. Brunn. n. 3. Menoch. *lib. 4. de Presumpt. n. 40.* Fortu-
 na enim, quæ omnibus fortuitis dominatur, obesse potest,
 non ita factum alterius, Grass. *Recept. Sent. §. Institutio qv. 16.
 n. 7.* Adeoque casu impeditus regulariter ad hereditatem,
 non admittitur, nisi favorabilis causa sit instituta sub hac con-
 ditione, ut patet ex *d. l. 8. §. 7. add. Dn. Brunnem. ad d. l.
 1. n. 3.*

Restat dicendum quo effectu hæc bonorum possessio a- 109
 gnoscatur; Et videbatur dominium tribuere *arg. l. 1. ff. de B. P.*
 speciale tamen quid est hoc casu, quod agnoscens non conse-
 quatur dominium, sed tantum possessionem, agnitus enim
 cautionem præstare tenetur, de bonis, in casum non existen-
 tis conditionis, legitimis heredibus restituendis *l. 13. ff. qui
 satisd. cog. ibiq.* Dn. Brunnem. quam si præstare non potest,
 possunt heredes legitimi instituto satis offerre, *arg. l. 5. §. 2.
 ff. de Carb. edict.* vel ambo in possessionem mitti *arg. l. 1. §. 1.
 ff. d. t.* Quod si verò cautio præstita sit, agnita hæc bon. pos- 110
 sessio

M

sessio



fessio administrationem tribuit, Paul. Duran *Tr. de Condit.* p. 3. c. 10. n. 11. ita ut possit creditoribus & legatariis satisfacere Menoch *Conf.* 105. n. 52. imo & distrahere bona hereditaria, Wissenb. *adl. 117. de R. J.* n. 3. Cum heredibus legitimis per cautionem satis prospectum sit. Et si conditio existat, dominium ipso jure tribuitur, nec opus habet nova agnitione, Menoch. *d. Conf.* 105. n. 51.

- III Sed quid si conditio deficiat, an omne emolumentum ex rebus hereditariis perceptum restituere tenetur heredibus ab intestato venientibus? Et sane ita videtur; conditio enim si deficiat, retrahitur ad momentum mortis defuncti, ac si tunc non existisset; si verò tunc jam defecisset, heres sub conditione scriptus nullam commoditatem ex institutione percipere potuisset, ergo nec ex postfacto lucrabitur ex agnita
- 112 bon. possessione. Et sane de fructibus extantibus dubitatio nulla est, quin eos quoque restituere teneatur; De consumtis verò magis dubitari posset: Cum satis æqua videatur sententia, agnoscentem hanc bon. possessionem non teneri de fructibus consumptis; est enim bonæ fidei possessor, cum autore Prætoris possideat, *l. 137. ff. de R. J.* bonæ fidei autem possessor de fructibus consumptis non tenetur §. *Si quis 35. Inst. de R. D. l. bonæ fidei 48. ff. de A. R. D.* Verum cum prætor non absolute possessionem tribuat sed provisionaliter & supposita conditionis existentia, hac deficiente, omnis utilitas restituenda.
- 113 IIX. Necessariam existimamus bon. poss. hanc, si quis institutus sit heres sub conditione lege impossibili. Hoc casu enim de jure civili hereditatem consequi non potest *l. 15. ff. de condit. instit.* ubi conditio lege impossibilis testamentum infirmat. §. *l. 9. ff. eod. l. 20. ff. de condit. & demonstr.* Junct. *l. 63. §. 9. ff. ad Scutum Trebell. in l. 9.* enim dicitur; conditionem turpem esse remittendam; Verum quis remittit? respon-
- 114 det *l. 63. §. 9.* Prætoris remittere, adeoque jure civili talis conditio pro non adjecta non habetur, sed testamentum vitiat, nec obstant §. *10. Inst. de hered. instit. l. 1. ff. de condit. instit. l. 3. ff. de condit. & demonstr.* intelligendæ enim de conditione im-

ne impossibili naturâ, quæ pro non adjecta habetur; non ita conditio turpis, quæ tantum à Prætorè remittitur *dd. text. vid. Bachov. Comment. Inst. add. §. 10. de hered. instit. Ludw. in Comment. ibid.* Non obstante *l. 14. ff. de Condit. Inst.* quæ de conditione jam à Prætorè remissa vel improbata loquitur, quæ postea pro non scripta habetur. adeoque necessariam hoc casu bon. poss. sec. Tab. esse volunt per *d. L. 63. §. 9. ff. ad C. Stum Trebell.* Petr. Gregor. *lib. 43. c. 3. n. 8. cas. 6. Barry de success. lib. 11. tit. 6. n. 1. cas. 5.* Hinc si quis heres institutus sit sub hac conditione; si Pontificiam amplectatur religionem, jure civili hereditatem adire non potest, est enim hæc conditio turpis Carpz. *Dec. 86. Dn. Struv. exerc. 33. th. 50.* quæ solo Prætoris beneficio annullanda, & pro non scripta habenda est; Sicuti idem de conditione jurandi asseritur, in *L. 8. ff. de Cond. inst.* Quamvis supposita opinione communi, quæ turpes & natura impossibiles conditiones penitus pro synonymis habet, beneficio Prætorio opus non foret, sed ex jure civili adiri posset hereditas.

IX. Necessaria est bon. poss. substituto duobus impuberibus, ita ut supremo morienti succedat, hi vero ambo naufragio vel incendio pereant, ita ut sciri non possit, quis prior quis posterior mortuus sit, quo casu jure civili substitutus ad hereditatem pervenire non potest, per text. expr. in *l. 34. ff. ad C. Stum. Trebell.* ibi: *Si non ostenderit quis novissimus obiisset ad partem hereditatis nõ admitti.* Prætor tamen non obstante hac incertitudine bon. poss. sec. Tab. concedit per *l. 11. pr. ff. de B. P. sec. Tab.* idque nec hodie aliter observandum juxta Dn. Brunnem. *Exerc. justin. tit. de B. P. §. 2.*

Sed obstat *l. 9. pr. ff. de reb. dub.* ubi idem casus proponitur, & deciditur quod uterque heres sit, adeoque bon. possessione præcisè opus non habet, cum etiam de jure civili admitatur. Intelligi tamen *d. l. 9.* poterit de æquitate Prætoriam, non de jure civili, ne alias è diametro contrarietur *d. l. 34.* quæ ratio LL. conciliandi non nova est, sed in hac materia frequentissima, per supra dicta de testamento irrito restitu-

to; & omnia potius tentanda quam antinomia in jure ad mittenda.

- 117 Dicta huc usque restringi velim ad utrumque impubere, & utroque simul in impubere ætate mortuo, si enim unus pubes alter impubes fuerit, etiam de jure civili hereditatem consequi poterit, cum jus præsumat impubere prius decessisse, & puberem postremo mortuum fuisse *l. 23. ff. de Reb.*
- 118 *dub.* Sed quid si substitutio facta duobus puberibus v. g. uni 18. alteri 20. annis, an tunc de jure civili consequi hereditatem poterit? quod negandum putamus per *l. 34. ff. ad SCtum Treb.* Demonstrari enim non potest cui substitutus succedere velit, nec præsumitur à jure, quod inter hos aliquis prior mortuus sit. Nec obstat *l. 22. ff. de reb. dubiis* ubi filius, natus minor matre, præsumitur diutius vixisse matre, ergo & hic ille qui fuit 18. annorum, supervixisse credendus illi, qui 20. annos natus fuit. Repono enim, rationem Decisionis *d. l. 22.* non poni in numero annorum, sed in ordine mortalitatis, parentes enim prius liberis præsertim puberibus decedere solent *l. 15. pr. ff. de inoff.* quæ ratio cessat in hoc nostro casu, adeoque *d. l. 22.* dispositio ad eum trahi non potest, sed Prætor adeundus, qui & hoc casu pro æquitate sua agnoscendi bon. poss. Tab. non denegabit.
- 120 X. Necessariam hanc bon. possessionem volunt Dilecti. *de Art. test. tit. 11. caut. 14. n. 2. cas. 13.* Barry *de success. lib. 11. tit. 6. n. 1. cas. 9.* Si heres scriptus succedens ab intestato hereditatem repudiat, & substitutus velit se admitti. Jure civili enim quilibet pro lubitu successionem repudiare poterat ex testamento, & succedere ab intestato: Prætor tamen utilem actionem concessit, si infraudem aliorum hoc factum per *l. 1. ff. Si quis omissa causa testamenti ab intestato vel alio modo possideat hereditatem.*
- 121 *fideat hereditatem.* Verum cum hæc repudiatio non fiat in fraudem substituti, hinc ad bon. poss. admitti non potest, ejus enim nihil interest, an ex testamento an ab intestato hereditatem acceptet, sufficit enim eum heredem existere, quo casu substitutio evanescit.

Denique

Denique XI, hodie necessariam volunt bon. poss. sec. Tab. 122
 substituto pupillariter, si institutus capiatur ab hostibus & a-
 pud eos decedat per *l. 10. §. 1. ff. de capt. & postlim. Barry d. l.*
cas. 6. Dn. Struv. exerc. 38. tb. 43. cas. 5. Verum cum hic ca-
 sus hodie dabilis non sit, in eo enodando occupati non erimus,
 (Ut ut enim capti à Turcis & Barbaris in servitutem redigan-
 tur, hoc tamen respectu Turcarum tantum intelligendum, non
 respectu nostri, cum Christiano nomini minimè dignum si, pu-
 gnantibus pro Patria, præter afflictionem à Turcis impositam,
 aliam adhuc servilis sc. conditionis respectu nostri velie adde-
 re, ut pluribus ex Covarruv. probat Dn. Johann. Schilter. *ad*
ff. exerc. theor. pract. 2. tb. 2. Dn. Struv. Divort. Leg. aph. 12.) 123
 qui tamen ejus enodationem desiderat, adire poterit Cujac.
lib. 15. Obs. cap. 17. ubi prolixè satis tractat quæstionem an
 substitutio pupillaris lege Cornelia confirmetur. Et hi sunt
 casus potiores qui se mihi obtulerunt, observandi, ne grave
 damnum incurramus, si nos hereditatem adire posse creda-
 mus, cum tamen bon. possessio tantum competat.

XII. Denique necessaria videtur hæc bon. poss. si adsit
 testamentum sola signacula testium sine subscriptione habens. 124
 LL. enim de solennitate juris Prætorii loquentes tantum signa-
 cula testium requirunt §. 6. *Inst. qu. mod. test. infirm. l. 12. ff. de*
injust. rupt. l. 7. ff. de B. P. sec. Tab. l. 2. C. eod. Frantzk. exerc. 6.
qu. 2. n. 6. 12. Eckolt. ad tit. de B. P. sec. Tab. §. 4. n. 2. quas
 adjuvat Imperator in §. 2. & 3. dicendo signacula testium
 jure Prætorio fuisse sufficientia, subscriptionem verò ex jure
 Constitutionum desideratam fuisse. Verum cum hodie, quan-
 tum ad solennia, non nudo jure Prætorio utamur, sed quate-
 nus jus civile & Prætorium in unam consonantiam junctum
 est, (ut clarè satis constituit Imperator in *d. §. 3. verb. consti-*
tutum est, ut uno & c.) Hinc hodie signa & subscriptionem
 rectè requirunt Bolognet. *in Repet. l. 2. C. de B. P. sec. Tab. Bal-*
duin. ad §. 2. Inst. de testam. ordin. n. 19. Wesenb. & Bachov.
ad eundem §. Dn. Brunn. in Comm. Cod. ad d. l. 2. n. 1. Cum
 regulariter privatorum sigilla sine subscriptione nullam mer-
 eantur fidem, ob metum subtractionis.



CAPUT V.

DE

NECESSARIA BONORUM
POSSESSIONE CONTRA
TABULAS.

SUMMARIUM.

Q uid sit B. P. contr. Tab. 1.	Q uod hodie secus 25.
Ad successionem intesta- tam refertur 2.	I. Hodienum hac B. P. necessa- ria si filius ex prateriti con- sentientis persona succedere volit 27.
Quibus detur hac B. P. 3.	II. Si ex persona rumpentis mor- tui tamen successio petatur 30.
Cur introducta 4. seq.	Dubium circa has removeretur 32.
Suo praterito an testamentum jure Pratorio sustineatur? 7.	Exheredati tamen non admit- tuntur 33.
Requisita hujus B. P. 8.	Nec consentientes 35.
Contra testamentum matris non datur 9. quod tamen secus in praxi 23.	III. Necessaria filio in testamen- to priori legitime exhereda- to in posteriori vero imperfe- to praterito 36.
Nec datur deficiente testamen- to 10.	IV. Utiliter hac bon. poss. agno- sci poterit a filio sub conditi- one exheredato, 39.
Quibus liberis detur 11. seq.	
Approbanti iudicium Pater- num non datur. 16.	
Nec instituto 18.	
Nisi ex persona prateriti 20. seq.	
Hanc B. P. agnoscens certa tan- tum legata prestat 24.	

I Diximus cap. preced. n. 22. B. Posses-
sionem ex testamento duplicem esse, aliam
quæ datur secundum Tabulas, aliam quæ datur
contra

contra Tabulas, de illâ ibi actum, de hac jam dicendum.
 Est autem bon. poss. contra Tabulas successio Prætoria, quam
 in casu testati, Prætor concedit ab intestato venientibus,
 contra Tabulas, in quibus injustè præteriti sunt. Adeoque
 magis ad successionem ab intestato competentem eam refe-
 rendam ducimus per expressam *l. 17. C. de Collat. add. Bachov.*
in not. ad Tr. V. 2. D. 16. tb. 1. lit. B. Vinn. ad §. 2. 7. de B. P.
Wissenb. ad ff. Vol. 2. Disp. 9. tb. 12. Hahn. ad W. de B. P.
contr. Tab. n. 2. Dn. Præses Tr. de Succ. ab intest. cap. 1. §. 17.
 Cum nihil ex testamento valeat, quam pauca legata, eaque
 tantum ex benignitate Prætoria, hinc merito à potiori capi-
 enda denominatio. Quamquam diss. Forster. *de Success. lib. 1.*
cap. 9. Michaël Grass. Recept. Sent. §. B. Possessio qv. 27. n. 1.
 Quorum rationes in conflictu excutiemus.

Datur autem hæc successio contra Tab. (1.) Liberis. 3
 (2.) Patrono. (3.) Patri. Cum verò explosâ servitute Pa-
 tronos amplius non habeamus, Parentum verò liberorumque
 jura regulariter sint reciproca, hinc studio brevitatis bon.
 poss. c. Tab. quæ liberis datur exponam, unicam hanc ob-
 servans diversitatem quoad Parentes; quod Prætor iis totam
 hereditatem filii emancipati, qui eos præteriit, non conce-
 dat, sed dimidiam tantum partem patri, alteram dimidiam
 instituto indulgeat, nisi persona turpis instituta sit per *l. 3.*
pr. ff. Si à Parent.

Potissima verò ratio introducendi hanc bon. poss. fue- 4
 runt liberi emancipati, ut pote qui ex patria potestate per
 emancipationem exeunt, §. 6. *Inst. quib. mod. patr. pot. solv.*
 sui que juris effecti, propriam familiam habent *l. 195. §. 2. ff.*
de V. S. Verum jus civile curam maximam ponit in confer-
 vanda familia, hinc injūgit suum heredem necessario vel insti-
 tuere vel exheredare, uti latius exponit Imperator in *pr. Inst. de*
exher. lib. Cum igitur emancipati non amplius sint infamilia §
 Patris, sed respectu ejus pro extraneis habeantur §. 3. *Inst. de*
hered. qual. hinc necessario instituendi vel exheredandi non
 erant, sed silentio præteriri poterant §. 3. *Inst. de ex. lib.*
 Sæpissimè

- Sapissimè ergo hereditate paternâ defraudati sunt emancipati, quod Prætori æquitatem naturalem sectanti, quæ liberis hereditatem paternam addicit *l. 7. pr. ff. de bon. damnat.* iniquum visum est, omnemque effectum emancipationis quantum ad successionem sustulit *l. 6. §. 1. in fin. ff. de bon. poss.* Ant. Fab. *de error. pragm. Decad. 29. err. 6. n. 3.* emancipatisque præteritis bon. poss. c. Tab. concessit, ac in possessione rerum paternarum defendit, si verò alius ea possideret, interdictum Quorum bonorum, de quo *in cap. 3.* dictum, iis indulgit. Quod cum utilissimum videretur & magis justum res suas autore Prætorè possidere *l. 11. ff. de A. vel A. P. l. 137. ff. de R. 3.* factum, ut sui præteriti hanc bon. poss. quoque appetere *l. 1. §. 8. ff. de B. P. c. T. Dn. Struv. exerc. 37. th. 16. in fin.* ut tamen suis non sit necessaria, sed tantum voluntaria & utilis.
- 7 Hinc valde disceptatur inter Ddres an testamentum in quo suus præteritus subsistat saltem jure Prætorio. Aff. Bachov. *ad Tr. D. 11. th. 1. lit. C.* Frantzk. *exerc. 6. qv. 3. n. 9. seq.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 10. d. 1. n. 7. & seqq.* Negant Ant. Faber *Decad. 37. error. 6.* Bolognet. *in repet. l. Posthumo C. de bon. poss. c. Tab. n. 48.* Dauthe *de Testam. n. 361.* Quorum rationes in publica ventilatione examinabimus, quousque sententiam meam suspendo.
- 8 Non tamen indistinctè bon. poss. c. Tab. Prætor concedit, sed requirit I. Ut adsit testamentum patris II. Ut in eo præteriti sint liberi. Adeoque contra testamentum matris ejusve ascendentium non competit *l. 4. §. 2. ff. de B. P. c. Tab.* Wissenb. *d. t. th. 3.* Dn. Struv. *exerc. 37. th. 17. in fin.* Ratio hæc est, quod Prætor tantum effectum emancipationis tollat, & hinc eos solummodo vocet, qui instituendi fuissent, si emancipatio non intervenisset, & jure veteri mater & ab hoc ascendentes liberos suos præcisè instituere vel exheredare non tenebantur §. 7. *Inst. de exh. lib.* Silentium enim matris tantum operatur, quantum exhereditatio Patris *d. §. 7.* Exhereditati vero ad hanc B. P. non admittuntur, ut mox dicemus. Porro nec datur hæc B. P. succedentibus ab intestato, si nul-

si nullum testamentum conditum reperiatur *l. 2. ff. Unde Lib.* est enim successio contra Tabulas, quæ si non extent, contra eas succedi non potest, cum non-entis nullæ sint qualitates.

Quod si igitur adsit testamentum patris, ulterius desideratur: ut in eo præteriti sint liberi. Liberos autem hic intelligimus non tantum naturales, sed & adoptivos *l. 1. pr. ff. c. Tab.* quod tamen cum distinctione capiendum, aut enim de arrogato, aut adoptato quæritur; illi præterito omnino competit, cum in arrogantis familiam transeat & arroganti suus heres existat *l. pen. C. de Adopt.* Id quod ibidem de adoptato ab Ascendenti quoque asseritur, qui vero in potestate Patris adoptantis sunt, ejusdem juris habentur cum quæsitis ex justis nuptiis *§. 4. I. de exb. lib.* E contra adoptatus ab extraneo hac bon. poss. uti non potest *§. 14. verbis: neq; contra tabulas Inst. de her. quæ ab intest. l. pen. C. de adopt.* Cum non transeat in adoptantis potestatem. Sic quoque certus casus est, ubi filio legitimo & naturali hæc B. P. denegatur, si scilicet à Patre naturali alicui ascendentium in adoptionem datus sit, tunc enim Patris naturalis potestatem pariter ac familiam egreditur, & plenè in potestatem adrogantis transit *§. 2. Inst. de adopt.* Hinc tanquam persona extranea à Patre naturali præteriri, nec præteritus hic filius bon. poss. c. Tab. uti potest *l. 8. §. 11. ff. de B. P. c. Tab. l. 10. pr. C. de adopt.* Jure tamen novo hoc ultimo casu contra testamentum patris naturalis omnino dabitur, cum hodie sola naturalis cognatio attendatur per *Nov. 118. Dn. Præses Tr. de Succ. ab intest. cap. 2. art. 1. §. 27.* ubi hoc rationibus & autoritatibus contra Bachov. probat.

Dicta procedunt, si adoptatus tempore mortis adhuc sit in potestate patris adoptivi, qui eum præteriit, si enim emancipatio præcesserit, nihil omnino juris in hereditate Patris quondam adoptivi prætereptum potest, per *l. 10. §. 2. C. de adopt.* Cum jura adoptionis emancipatione finita sint *l. 3. §. 2. ff. de B. P. c. T.* Quod si tamen tempore emancipationis adoptati pater naturalis adhuc vivat, jura pristina quantum ad successionem recipit, & fingitur quasi in adoptionem ascendentis

denti datur nunquam fuisset *d. l. pen. §. 2. in fin. § l. 4. ff. Unde Lib.*

- 16 Admittuntur ergo liberi præteriti, nisi in præteritionem consenserint vel testamentum patris approbaverint. *l. 14. pr. ff. de B. P. c. T.* ibique Dn. Brunnem. Molina *de J. § 7. Tr. 2. Diss. 175. n. 24.* Quod si ergo legata sibi relicta acceptet, hanc bon. poss. amittit, approbat enim sic paternum iudicium *d. l. 14. pr. § 10. §. 3. ff. eod. l. 5. §. 2. ff. de Leg. præst. c. Tab.*
- 17 Eckolt. *ad ff. de B. P. c. T. §. 3.* Dn. Struv. *d. l. th. 17. n. 3.* Sic tacitè quoque renunciare videtur, qui se post mortem patris, ante agnitam bon. poss. dat arrogandum per *l. 3. §. 6. ff. c. Tab.* Voluntario enim in talem statum incidit, in quo hac bon. poss. uti non potest, cum jus contratabulandi in aliena potestate constitutus non habeat. Quod tamen hodie in præxi ut *n. 13.* dictum secus est.
- 18 Adhæc supra diximus hanc bon. poss. dari præteritis adeoque admittendi non sunt instituti & exheredati. Illi enim quod conqverantur non habent *l. 3. §. 11. ff. de B. P. c. Tab.* Dn. Struv. *d. th. 17. n. 3.* Dn. Brunnem. *in rep. perat. Wesenb. h. t. qv. 7.* Nec contrariatur *l. 8. §. 11. ff. de B. P. c. T.* cum ibi ex persona alterius præteriti hanc bon. poss. agnoscat. qui casus in *l. 10. pr. ff. eod.* itidem præsupponendus. Est enim hæc exceptio propositæ regulæ: Institutus B. P. c. Tab. agnoscere non potest, nisi ex persona alterius filii præteriti *l. 3. §. 11. ff. c. Tab. l. 4. §. 3. § l. 10. §. 6. ff. eod.* Quod tamen ad heredes scriptos extraneos extendendum non est, cum hi per hanc bon. poss. excludantur, sed ad liberos restringendum, quorum si unus præteritus sit, omnes reliqui ex hujus persona jus contratabulandi consequuntur per *d. text.* de quo mox
- 20 plura. Deniq; nec legitimè exhereditatis hæc B. P. datur *l. 4. §. 1. § l. 8. pr. ff. c. Tab.* nec horum liberis seu nepotius avi, si scilicet pater, mortuo testatore, in vivis existat *l. 9. §. 2. ff. de Lib. § postb.* quod si vero turbato mortalitatis ordine avus patri supervixerit, nepotes præteriti admitti possunt. Non tamen quævis exhereditatio, sed ritè facta submovet ab hac b. poss. *d. l. 8.*

l. 8. §. 2. ff. c. T. hoc est si nominatim, purè, à tota hereditate omnibus gradibus & ex iusta causa facta sic *l. 18. ff. d. t. d. l. 8. §. 5. Ibiq.* Dn. Brunn. Wissenb. *ad ff. tit. de lib. & postb. tb. 11.* Dn. Struv. *exerc. 37. tb. 17. n. 4.* Quamquam in praxi exheredato cum causa hæc bon. poss. concedatur Schneidw. *ad §. ult. 7. de B. P. n. 10.* Dauth, *de Testament. n. 242.* Grass. *Recept. sent. §. Bonorum possessio qv. 5. n. 4.* Dn. Richt. *p. 1. Dec. 41. n. 43.* Idque hoc effectu, ut possessionem consequatur, donec heres scriptus causam scriptam probet legitimam. Sic quoque in praxi hanc bon. poss. indulgent præterito in testamento matris, & generaliter quoties querela conceditur, toties hujus bon. possessionis agnitio quoque admittitur. Grass. *Recept. Sent. §. B. Possessio qv. 26.*

Illud speciale est in bon. poss. c. Tab. quod eam agnoscens non teneatur omnia legata, sed tantum illa, quæ liberis, Parentibus, uxori, nuruique relicta, exsolvere per *t. t. ff. de Leg. præst. contra tab.* Quod in puncto juris per *Nov. 115.* mutatum dici non potest Dn. Brunn. *exerc. Justin. 16. tit. de B. P. §. 2. n. 17.* cum *d. Nov.* nihil de successione Prætorial. disponat, praxis tamen generaliter & hoc recepit, ut filius hanc bon. poss. agnoscens ad legata præstanda teneatur Dn. Brunn. *ad l. 1. ff. de Leg. præst. c. Tab. n. 3.* Hahn. *ad W. d. t. Dn. Præses in Usu modern. ff. eod. tit. MS.* sub recepta tamen distinctione, an filius scienter an ignoranter sit præteritus, illo, non hoc casu legata conservantur, ut multis autoritatibus probant Dn. Brunn. *ad Auth. Ex caus. C. de Lib. præst. n. 5. & ult.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 9. d. 5.* Philip. *Usupr. lib. 2. Ecclog. 55. & 56.* Joh. Cœppen. *Lib. 1. Obs. 114.*

Proponendi jam sunt casus quibus hodiernum hæc bon. poss. necessaria, & tres horum reperio post *Nov. 115.* perquam emancipationis effectus, quoad necessitatem instituendi, sublatus est, adeoque in plurimis cessat necessitas, non tamen hujus bon. poss. utilitas.

I. Casus verò hodiernum necessarius est: si quis ex persona præteriti consentientis hereditatem contra coheredem



scriptum obtinere velit. Ut ut enim testamentum in quo unus liberorum sive consentiens sive dissentiens præteritus est, ipso jure civili nullum sit, ut dictum *cap. 4. n. 51.* Et hinc ex unius persona reliqui testamentum nullum dicere possunt. Franc. Niger. Cyriac. *lib. 2. Controv. 262. n. 10.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 10. d. 3. n. 3.* licet filius præteritus consentiat Dn. Carpz. *d. l. n. 4.* Hoc tamen casu Prætor testamentum sustinet, & contra jus civile, non obstantibus his, qui testamentum nullum dicunt, bon. poss. sec. Tab. concedit, per ²⁸ dicta *cap. præc. n. 50. & seqq.* Adeoque liberi, ex persona fratris, paternum iudicium approbantis, testamentum nullum dicentes heredem scriptum, si hic bon. poss. sec. Tab. agnovit, excludere non possunt. Solo igitur remedio Prætorio per bon. poss. c. Tab. liberi scriptum extraneum heredem ex persona fratris excludunt per *l. 3. §. 11. l. 4. §. 3. & l. 10. §. ult. ff. de B. P. c. Tab.* Dn. Brunn. *ad d. l. 10. n. 7.* Berlich. *p. 3. Concl. 16. n. 37.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 10. def. 3. n. 2.*

²⁹ Procedunt quoque dicta, si soli liberi instituti, inæqualiter tamen, tunc ille cui minus relictum, ad obtinendam, cum reliquis æqualitatem, ex præteriti persona bon. poss. c. Tab. agnoscere debet.

³⁰ II. Necessaria quoque est hæc possessio, si quis ex personarumpentis testamentum, qui tamen ante testatorem iterum decessit, succedere velit, cum & hoc casu testamentum saltem jure Prætorio sustineatur, quo si heres scriptus utatur, per quærelam ex persona rumpentis intentatam, vel jus dicendi nullum, hereditate privari non potest. Nee contrariatur quod nulla persona adsit, ex qua reliqui liberi bon. poss. sec. Tab. agnoscere volunt, puta quod rumpens jam tum mortuus sit. Sufficit enim semel extitisse casum, quo omnibus jus contra tabulandi quæsitum fuit, quod sine facto eorum ipsis auferendum non est *l. 11. ff. de R. 7.* neque per consensum neque mortem fratris Dn. Carpz. *d. Const. 9. def. 3. &*

³¹ *alleg. Dn. Brunn. ad d. l. 10 §. 4. n. 7.* Ne tamen alicui absonum videatur,

videatur, Prætores ex uno eodemque testamento bon. poss. contra tabulas & sec. tab. concedere, probe notandum, hanc concessionem non fieri uno eodemque, sed diverso tempore. Primo enim conceditur bon. poss. c. Tab. per annum, qui si præterlapsus sine factâ agnitione contra Tab. heredi scripto in testamento, in quo filius præteritus consentiens vel mortuus, bon. poss. sec. tab. concedit *arg. l. 2. pr. ff. sec. tab.* cautus ergo hoc casu sit filius successurus ex persona fratris, ne remedia civilia eligat, & Prætoriam omittat, cum extraneus sic ad hereditatem simul pervenire possit. Exheredati tamen ex persona fratris præteriti non admittuntur per *l. 10. §. 5. & l. 20. ff. b.* Ubi elegans habetur casus de filio exheredato, & emancipato præterito, extraneo vero instituto; Et deciditur jus exheredati ex voluntate instituti dependere, qui si hereditatem acceptat, exheredatus excluditur, si repudiat, ab intestato admittitur. Verum hodie *d. l. 20.* vix obtinebit, cum exheredatus ex persona fratris non consentientis in præteritionem jus dicendi testamentum nullum habeat, cum per *Nov. 115. c. 3. in fin.* constitutum sit; testamentum, in quo emancipatus præteritus, ipso jure nullum esse, si ergo nullum est, nec quoad exheredationem scriptam aliquid operari potest. Et hoc generaliter & probe notandum in hoc nostro casu, an filius præteritus sit consentiens, an ignorans & dissentiens. Illo casu necessaria est hæc bon. poss. hoc non, cum ex tali testamento bon. poss. sec. tab. à Prætores non concedatur. Dicta de exheredato procedunt quoque in eo, qui consentiens præteritus fuit, vel iudicium paternum approbavit per *l. 10. §. 3. & l. 14. pr. ff. contr. Tab.* qui nec ex persona propria admittitur, cum Prætor non permittat conventioni suæ contravenire *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de const. pecun.* Nec ex persona præteriti, cum per consensum omne jus, quod habebat bon. poss. c. Tab. petendi amiserit. Quod si post factam renunciationem de novo jus contra tabulandi illis acquiratur, v. g. per agnitionem heredis præteriti, hoc omnino uti poterunt, cum hoc jus tempore renunciationis ignoraverint, juri vero ignorato nemo



præsumitur renunciaste arg. *l. 19. ff. de inoff. ibiq.* Dn. Brunn.
n. 4. Dn. Carpz. p. 2. C. 16. def. 19. n. 3.

- 36 III. Necessaria hæc B. Possessio filio, qui in primo perfectè condito testamento exheredatus, in posteriori imperfecto vero præteritus fuit, jure enim civili testamentum imperfectum posterius, prius non rumpit, sed ipso jure nullum est *l. 21. §. 1. C. de testam.* quod vero nullum est, nullum juris effectum quoque producere potest *l. 5. C. de LL.* Hinc solennes & perfectæ tabulæ requiruntur posteriores, si per eas priores rumpi debent *§. pen. Inst. qu. mod. testam. infi.* Quæ assertio ut ut varias patiat limitationes, quæ videri possunt apud Dn. Brunnem. *d. l. 21. §. 3. & exerc. just. add. §. pen. Meier. C. A. tit. de inj. rupt. & irrit. §. 8.* præsens tamen in jure civili fundata non est, sed solus Prætor præterito in posteriori imperfecto testamento bon. poss. concedit per *l. 12. §. 1. ff. de B. P. c. Tab.* Hinc rectè hodie hoc casu necessariam vult hanc
- 37 bon. poss. Dn. Struv. *exerc. 38. tb. 43.* Quod etiam extendimus ad casum, si testator testamentum perfectè condit, & in eo filium exheredem scribat, post vero convocatis septem testibus unum heredem adjiciat & reliqua capita repetita velit, novum enim sic conditur testamentum in quo filius præteritus est, & licet per remissionem ad prius testamentum filius videatur exheredatus, hæc tamen exhereditio nominatim & expressè faciendâ, qualis non est remissio ad prius testamentum, & hinc non tantum bon. poss. hanc, sed etiam jus testamentum nullum dicendi filio huic concedendum putamus, cum testamentum posterius non sit conditum secundum quæ sita *Nov. 115. cap. 3.*
- 38 Denique IV. Necessaria videtur bon. poss. contra Tab. si filius ex legitimâ causâ testamento insertâ, quæ etiam ab herede probari potest, exheredatus sit, sub conditione tamen, Cum in *Nov. 115. c. 3.* nihil nisi hæc tria ad subsistentiam exhereditationis requirantur, quem vero purè exheredare possum, cur non etiam sub conditione possem? cui enim illud licet quod plus, multo magis licebit quod minus est *l. 21. ff. de R. J.* Verum.
- 39 cum

cum jure civili Digestorum exheredatio pura requiratur per. l. 3. §. 1. ff. de Lib. & postb. l. 68. in fin. ff. de hered. instit. nec ratio juris Novi admittat Nov. 115. generalem extendere ad has leges speciales l. 26. ff. de LL. Præcipuè, cum d. Nov. in favorem liberorum promulgata sit, per eam abrogata dici non possunt ea, quæ jam tum specialiter in commodum liberorum jure Pandectarum recepta erant. Hinc recte per Nov. 115 tria jam tum constitutis adjecta esse dicit Dn. Brunnem. ad Auth. Non licet. n. 4. Ad evitandam tamen hanc disputationem utiliter quis aget, si bon. poss. contra Tab. agnoscat, cum Prætor eam concedat, & certo judicio liberos à successione paternâ exclusos velit, per expr. text. in l. 1. §. ff. de B. P. contra Tab.

41

CAPUT VI.
DE
NECESSARIA BONORUM
POSSESSIONE AB INTESTATO.

SUMMARIA.

C onnexio	1.	IV. Unde Vir & uxor ad quos	
I. B. P. ab intestato vocatur		spectet	8.
Unde Liberi	2.	Quæ hodiernum necessaria remis-	
Quibus detur	3.	sive	9.
II. Unde legitimi quibus compe-		Quod de prioribus tribus regu-	
tat	4.	lariter negatur	10.
III. Unde cognati quibus de-		Licet non sint abrogata	11.
tur	5.	I. Necessaria adhuc est b. p. un-	
Qui cognati dicantur	6.	de liberi in specie l. ult. C.	
Quid si cognatio ex illegitimo		Unde Lib.	12.
matrimonio orta	7.	Quæ explicatur	13. seqq.
			Ejusq.



Ejusq; hodierna utilitas monstratur 20. seq.

II. Necessaria est nepoti ad hereditatem avitam à patre, vivente adhuc repudiatam, aspiranti 24. seqq.

III. Necessaria est bon. poss. Unde agnati & cognati iis, qui pratermissa bon. poss. unde liberi, succedere volunt 28. Quid si cum aliis concurrant 29.

I Ominum voluntatem prius expectandam & seq vendam esse, & hac deficiente hereditatem ab intestato adeundam notissimum est ex *l. Quamdiu 39. ff. de A. H. l. 89. ff. de R. J.* Idem juris est in bonorum possessione, sunt verba Pauli in *l. 70. ff. de A. vel O. H.* Proposuit enim Prætor primo bon. poss. sec. Tab. & bon. poss. contra Tab. Post has vero demum agit de Bon. Possessionibus quæ ab intestato deferuntur §. 2. *Inst. de B. P.* ubi octo species earum recensent, & quatuor tanquam minus utilibus resectis, reliquos quatuor retinuit ac confirmavit, inter quas

1. Est Bon. Possessio *unde Liberi* quæ datur liberis legitimis, ab intestato à Prætoris successionem ascendentium desiderantibus. Dicitur autem ita à verbis initialibus Edicti, quod incipit: *Unde liberi Dn. Struv. exerc. 37. tb. 71.* & introducta est, præcipue in gratiam emancipatorum, ut pote qui non tantum à Parentibus jure XII. Tab. pro arbitrio in testamento præteriri, sed nec ab intestato ad hereditatem paternam admitti poterant, quod nihil omnino juris quoad successionem haberent §. 9. *Inst. de her. que ab intest.* Ut igitur hi, sublato emancipationis effectu, succedere possent, sive soli, sive cum suis concurrerent, hoc Edictum à Prætoris propositum, & postmodum ad suos quoque extensum est. Adeoque omnibus illis datur hæc b. p. quibus conceditur bon. poss. c. Tab. *l. 1. §. 6. ff. Unde Lib.* Et contra cui b. p. c. T. non datur, ei nec b. p. unde liberi indulgetur; est enim utriusque successionis eadem causa, tollendi scilicet effectum emancipationis,

tionis, qui ergo admissi non fuissent, licet emancipatio non intervenisset, nec per hanc b. poss. admittuntur Dn. Brunn. exerc. just. 16. ad §. 2. Inst. de B. P. n. 19. quod tamen suas patitur exceptiones ut in l. pen. C. de Adopt. & l. ult. C. unde Lib. Ex quo sequitur, filium matri succedere volentem hac bon. poss. uti non potuisse l. fin. C. de suis & Legit. Zael. ad ff. tit. Unde Lib. n. 1. cum iis non detur bon. poss. c. Tab.

II. B. Possessio quæ à Prætorè ab intestato defertur, vocatur UNDE LEGITIMI per tit. ff. & C. Unde Legit. & datur omnibus illis succesforibus, qui per legem vel similem constitutionem ad hereditatem alicujus vocantur per leg. 3. ff. Unde Legit. Datur ergo liberis ad bona matris consequenda l. 2. §. ult. ff. d. t. cum hereditas iis concedatur per Sctum Orphicianum t. tit. Inst. de Scto Orphit. e contra & matri hæc bon. poss. indulgetur per d. l. 2 §. ult. cum huic hereditas per Sctum Tertullianum deferatur t. t. Inst. de Scto Tertull. Adeoque hæc bon. poss. non tam necessaria est, quam utilis. E contrario

III. B. Possessio UNDE COGNATI olim necessaria erat omnibus cognatis, ut pote quos jus civile, curam suam ad conservandas familias extendens, neglexerat. Prætor vero naturalem sanguinis ductum magis perpendens, cognatis quoque succurrendum censuit, illisque hanc bon. poss. concessit per t. t. Inst. ff. & C. Unde cognati. Cognati autem hic dicuntur, quasi ex uno nati, s. qui quasi communem nascendi initium habent l. 1. §. 1. ff. Unde Cognat. adeoque amplissima hæc est bon. possessio, & conceditur omnibus, inter quos conjunctio quædam sanguinis intercedit. Sic datur omnibus illis, quibus bon. poss. unde legitimi conceditur, matri scilicet, liberis, agnatis & c. l. 1. §. 11. ff. de succ. Edict. l. 4. §. 1. ff. Quis ord. Hanc bon. poss. concedit quoque Prætor, sive cognatio oriatur ex legitimo matrimonio sive illegitimo, cum tantum naturalem cognationem attendat, hinc eam concedit spuris, & vulgo quæsitis ad hereditatem maternam consequendam l. 4. ff. b. §. 4. Inst. de succ. cognat. & per hanc spuris succedere



succedere potest aviæ maternæ, ut & avo & omnibus cognatis *l. 2. § 8. ff. b.* quoad Patrem verò & hujus ascendentes dicta non procedunt, cum hic non sit, nisi per justas nuptias *§. Si adversus 12. Inst. de nupt.*

8 IV. Denique B. Possessio ab intestato competens dicitur UNDE VIR & UXOR & conceditur alterutri ex justo matrimonio, usque ad mortis tempus continuato, deficientibus collateralibus, superstiti conjugii, ad alterius bona relicta consequenda *l. un. C. Unde Vir & Uxor l. 1. §. 1. ff. eod. l. 9. C. Comm. de succes.* Quod si ergo matrimonium secundum LL. civiles contractum non sit, nec dabitur hæc bon. poss. *d. l. un. pr. §. 12. Inst. de nupt.* Dn. Præses *Tr. de Succ. ab intestato* 9 *Disp. de Success. Conjug. Art. 1. §. 6.* Sunt hæc quatuor illæ bon. possessionis intestatæ species, de quibus Imperator in *§. 3. Instit. de B. P.* asserit, easdem necessarias adhuc esse, quod an hodie adhuc procedat jam inquirendum. Et B. Poss. *Unde Vir & Uxor*, ad obtinendum totum defuncti conjugis patrimonium, hodie necessario intra præscriptum tempus, puta 100. dierum agnoscendam esse, multis autoritatibus probat Dn. Præses in *d. Disp. de Success. Conjugum art. 1. §. 5.* ubi hanc materiam accuratè satis pertractatam invenies, hinc eo me brevitas ergo remitto.

10 Prioris vero tres bon. poss. unde liberi, unde legitimi, unde cognati, necessariæ haud videntur, cum per *Nov. 118.* ordo succedendi prorsus immutatus, effectus emancipationis sublatus, cognatorumque jus cum agnatis & legitimis 11 confusum sit. Et licet per *d. Nov.* hæc bon. poss. abrogatæ & correctæ asserendæ non sint, sed ex illis hodiernum, si quis velit, bona defuncti obtineri possint, cum earum utilitas, quam suis olim præstarunt, nusquam reperiatur sublata; necessitas tamen has agnoscendi cessare videtur, si casus proximè sequentes exceperis.

12 I. Igitur hodierna luce adhuc necessaria est hæc bon. poss. *unde liberi* in specie *l. ult. C. h. t.* quam legem *Bartol.* difficillimam vocat in toto Codice, *Castrensis* vero *Jason. & Bolognet.*

Bolognet. eam horribilem appellant; quæ difficultas inde orta est, quod veteres in facti specie convenire non potuerint, quilibet enim singularem casum excogitavit. Optimè tamen 13 sentire videntur illi, qui hunc casum supponunt: Mortuus scilicet est avus ab intestato, relicto filio in potestate & ex eo nepote; filius antequam se immisceret, itidem decedit, nepos igitur superstes, patris hereditatem repudiavit, avi vero bona acceptare voluit. Hieron. Cagnol *in Rep. hujus l. ult. n. 30.* Cujac. *lib. 4. Observ. cap. 6.* Frantz. *exerc. 8. qu. 3. n. 27.* Jam plana erit ratio decidendi hujus legis. Et primo quidem dicit, nepotem hunc jure civili hereditatem avi obtinere non posse, cum jam tum cum patris hereditate confusa sit, sui enim ipso jure sunt heredes §. 2. *Inst. de hered. quæ ab intest. l. 14. ff. de suis & legit. l. 8. C. eod.* sive velint sive nolint §. 2. *Inst. de hered. qual.* adeoque filius, licet se nondum immiscuerit, heres avo factus est, & hinc omnia bona & avi & patris in unam massam hereditariam redacta sunt; nepos ergo bona defuncti patris pro parte acceptare & pro parte repudiare non potest per *l. 1. & 2. ff. de A. vel O. H. l. 10. §. 2. ff. de vulg. & pup. subst.* Prætor tamen suis jus abstinendi concessit, effectumque 15 ipso jure factæ devolutionis & confusionis cum bonis paternis sustulit, ita ut non obstante jure civili, duæ diversæ hereditates patris & avi sint & maneant. Dn. Brunnem. *ad hanc leg. ult. n. 4. ibiq. alleg.* Planissimus ergo sensus est hujus legis, ut vix dubium superesse possit, nisi hoc; unde constet filium hunc fuisse suum & deliberantem, cur non emancipatus, cur non se immiscens poni possit? Repono igitur breviter; quod supposito à nobis casu, omnis difficultas cesset, quæ tamen inextricabilis foret, si filius post avum mortuus dicatur emancipatus vel se immiscens.

Objiciunt equidem Andr. Fachin. *lib. 6. Controv. cap. 66.* 17 & Ant. Faber *de Error. Pragmat. Decad. 29. error. 8. n. 14.* & seq. beneficium abstinendi à Patre petendum fuisse, quod cum non sit factum, hereditas combinata, & cum propria ad nepotem devoluta est; si igitur patris hereditatem repudiat, mix-



- tam avi simul negligit, & utriusque bona combinata ad agnatos devolvuntur, in quorum præjudicium Prætor separationem concedere non potest. Verum huic satisfieri poterit, si dicamus; hereditates jure Prætorio non combinari, nisi pater avi hereditatem expresse acceptaverit; quamdiu enim pater beneficio abstinendi uti potuit, combinatæ & confusæ dici non possunt; in momento mortis vero abstinere adhuc potuit, adeoque hoc jus ad nepotem transmisit, non ergo sequitur; filius hic hereditatem avi & suam transmisit, ergo sunt confusæ, cum beneficium abstinendi tamdiu concedatur donec expresse accepta sit avi hereditas. Ut taceam, non esse absurdum, Prætozem beneficium separationis concedere, etiam post perfectè factam confusionem, ut patet ex *l. 1. §. 1. ff. de Separat.* Facilius ergo hoc casu distingvere poterit hereditates, cum plena confusio quantum ad jus Prætorium nulla facta sit. Reliqua dubia publicæ ventilationi reservamus, monstraturi hodiernam necessitatem bon. poss. hoc casu non cessare.
- 20 Quamvis etiam supposuerim filium suum, at moribus casus dabilis non videtur, ubi avus decedat relicto filio suo & nepote, cum filius per nuptias emancipetur, nepos vero procreari avo non potest, nisi per nuptias. Attamen dicta procedunt in filia; non in filio; quoad hunc enim solæ nuptiæ non sufficiunt, sed separata œconomia insuper adhuc requiritur Georg. Schultz in *Synops. Instit. tit. qu. mod. pat. pot. solv. lit. D. Dn. Carpz. p. 2. C. 10. d. 3. Dn. Præses in not. ad §. 6. Inst. d. 1.* Ratio diversitatis in eo consistit, quod filia simul ac nubit in potestatem maritalem transeat *Land N. lib. 1. art. 31. vers. Wenn ein Mann.* Inconveniens ergo visum est, aliquem eodem tempore sub potestate duorum esse, quod tamen in filiis cessat, adeoque in hoc, casus in *l. fin.* propositus, evenire
- 22 posset. Imo cum hodie jus sanguinis quoad descendentes idem operetur quod jus suicitatis, secundum communem Dd. opinionem Dn. Carpz. *p. 3. C. 14. d. 23. n. 5. Dn. Brunnem. ad d. Lun. C. de his qui ant. apert. Tab. n. 5. seqq.* nullam differentiam con-

am constituimus siue filius sit suus, siue emancipatus, modo se non immiscuerit, & post avum mortuus; nepos enim repudiatâ hereditate paternâ ad avitam pervenire non potest, nisi à Prætore vel iudice beneficium separationis petat & bon. poss. unde liberi agnoscat Bolognet. *ad l. ult. C. unde Liber. n. 68.* & *ad l. Certum C. unde legit. n. 71.* Franzk. *exerc. 8. qv. 4.* Dn. Struv. *exerc. 38. tb. 43.* Dn. Brunneman. *ad d. l. fin. n. 4.* Notanter verò adjeci, si filius se nondum immiscuit vel nondum adiit, post immixtionem enim cessat beneficium abstinenti, quia tunc non amplius hereditas avi, sed patrimonium patris est, Franzk. *d. exer. qv. 3. n. 5.* Joan Bolognet. *ad d. l. ult. n. 58.*

II. Necessaria adhuc est bon. possessio unde liberi nepoti, qui avitam hereditatem, quam pater adhuc vivus repudiat, obtinere vult. Jure enim civili certum est, edictum successorium in suis non obtinere *l. 1. §. 8. ff. de suis & legit.* Quod verò suis denegatur, multo minus hodie concedi potest emancipatis, ut factum patris viventis impugnare, eiq; ex propria persona contravenire possint. Adeoque si hereditas avi hodie deferatur filio, & hic eam repudiet, nepos factum patris improbare & succedere non potest, sed hereditas vel accrescit reliquis liberis, vel his deficientibus proximis cognatis. Prætorio tamen jure hic nepos per bon. poss. unde liberi succedere potest, per text. expr. *in l. si quis §. §. ult. ff. Unde Lib.* Heig. *ad tit. Inst. de Bon. poss. n. 5.* Dn. Brunn. *ad l. 2. C. de succ. edict. n. 5.* Dn. Struv. *exerc. 38. tb. 43.* Prætor enim tantum jus sanguinis attendit, Frantz. *Exerc. 8. qv. 3. n. 33.* & hinc omnes qui sanguinem à mortuo trahunt admittit, & si ille qui antecedit, non petat, fingit hunc non extare *d. l. §. §. ult.* adeoque successorium edictum jure Prætorio in liberis quoque obtinet. Bolognet. *in rep. l. ult. C. unde lib. n. 63.* Huc pluri mi quoque trahunt *l. ult. C. und. Lib.* Supponendo casum, quod filius repediaverit & postea mortuus sit vid. Cagnol. *ad banc l. n. 29. §. Primus intellectus* Andr. Fachin. *lib. 6. controu. cap. 66. §. Alii dixerunt partem.* Quod si admitteretur, lex illa

- 27 nostram sententiam confirmaret, qui casus probe notandus, cum per eum consuli possit patri obarato, qui in gratiam liberorum repudiare vult hereditatem patris sui, quo liberi bona avi obtineant, quæ alias creditoribus cederent, si se immisceret, quod vero creditoribus in acquirenda hereditate nocere possit docet *l. 6. pr. ff. quæ in fraud. cred.* minus enim est non acquirere quam diminuere, diminuendo enim creditores directo fraudantur, non acquirendo autem solummodo per indirectum, Gothofr. *in not. ad d. l. lit. O. Meier. C. A. d. tit. 1b. 4.* Nepotes tamen ad successionem avi, à Patre vivente adhuc repudiatam, non admittuntur, nisi solo Prætoris beneficio, per dicta.
- 28 III. Necessaria est hodie bon. poss. unde *Agnati & cognati* iis, qui tantum bon. poss. unde liberi petere potuerunt, tempus vero præscriptum non observarunt, si enim v. g. nepos ad hereditatem avi à patre repudiatam adspirans intra annum bon. poss. unde liberi non agnoscat, intra alios centum dies eam impetrare adhuc potest ex capite unde agnati, & intra alios centum ex capite unde cognati per *l. 1. §. 10. & 11. ff. de succ. Edict.* jure enim civili prorsus incognita est hæc successio Ant. Faber. *Dec. 29. error. §. Dn. Brunnem. ad l. ult. C. und. liber.*
- 29 n. 3. Sed quid si hoc casu cum patruis seu aliis descendantibus concurrat hic nepos, an ab his poterit excludi? & eum simul admitti ex capite unde liberi elucet ex *l. 5. §. ult. ff. Unde Lib.* Si tamen hanc prætermittat & ex capite unde agnati successionem impetrare velit, omnino excludendus videtur à patruis, cum ille qui ut agnatus succedit, non possit plus juris prætere, quam quod habent agnati; Verum agnati demum vocantur, si descendentes deficient; his verò existentibus excluduntur: Ergo nepos quoque ad successionem avi à patre suo repudiatam veniens ex capite unde agnati, à reliquis liberis avi excludetur. Quod si tamen hi non extent, primum locum inter agnatos obtinebit, eosque excludet; adde dicta supra *cap. 2. n. 62.*

CAPUT VII.

DE

EXTRAORDINARIIS BONORUM POSSESSIONIBUS NECESSARIIS.

SUMMARIA.

C onexio	1.	novis legibus competit	37.
I. Decretalis bon. poss. datur ventri		Hujus requisita	37. seq.
Hujus requisita,	4. seqq.	3. Constitutiones Principum sunt jus civile	40. seq.
Commodum,	15. seqq.	II. Si furioso hereditas defertur	43. seq.
Et hodierna utilitas	19. seqq.	III. Si praterlapso spatio 30. annorum bona hereditaria obtinere velit	51.
II. Dicitur Carboniana	24.	IV. Si tutor solus pupillo hereditatem acquirere velit	53.
Ejus requisita	25. seqq.	V. Si quis juri adeundi renunciaverit	54.
Finis	33.		
Quis adaptâ pubertate agat	34.		
III. datur litis ordinanda gratia	35.		
Et hodiernum necessaria	36.		
Extraordinariarum I. est quæ ex			

Dictum fuit cap. i. n. 50. Extraordinarias bon. possessiones dupliciter ita dici, cum primo Decretales ita dicantur, secundo eodem nomine & illæ insigniantur, quæ stabili jure bon. possessionibus ex testamento & ab intestato delatis annumerari non.



non possunt, in utraqve vero significatione hanc vocem in titulo hujus capituli supposuimus, cum in eo tractaturi simus, primo de Decretalibus post has vero illas, quæ ad ordinarias ex testamento & ab intestato competentes referri non possunt, enucleabimus.

2 Necessarias vero hodiernum esse Decretales bon. possessiones præcipue duas priores, omnes uno ore affirmant, nec invenire licuit aliquem, qui dissentiat. Annumeratur vero
3 his. I. Illa *QVÆ DATUR VENTRI*; Sicuti enim Prætor liberorum, qui jam in rebus humanis sunt, curam habuit, ita etiam hos, qui nondum nati sunt, non neglexit, Ulpian. in l. 1. pr. ff. de ventr. in poss. mitt. sed ventrem in bonorum possessionem defuncti mittit h. e. ipsum foetum, qui in ventre est, eiqve dat curatorem l. 1. §. 17. & 26. ff. d. t. Curator autem eapropter datur non tutor, quod hic principaliter personæ, ille bonis datur l. 20. ff. de tut. & curat §. 4. Inst. de testam. tut. foetus vero quamdiu in utero est, persona propriè dici non potest. Ut vero ventri detur requiritur

4 I. *Ut mulier prægnans sit* tempore mortis ejus, in cujus bona mitti se petit l. 1. §. 1 ff. de Ventr. in poss. mitt. nec datur solummodo viduæ relictæ, sed etiam uxori quandoque vivente licet marito l. 7. pr. ff. eod. Mulieris assertio tamen non sufficit, si se dicat prægnantem & gravidam, sed causa sum mariter cognoscenda, & ab obstetricibus examinanda per tot. tit. ff. de insp. ventr. & si maritus adhuc vivat, metusque subsit, ne postmodum adhuc imprægnetur, mulieri juramentum deferri posse censemus. Quin imo non sufficit, mulierem imprægnatam fuisse tempore mortis, sed tempore immisionis adhuc gravida sit requiritur per l. 1. §. 1. ff. de Ventr. in poss. mitt.

5 (2.) Ad obtinendam hanc bon. poss. desideratur, *ut in ventre sit talis, qui, si jam natus esset, defuncto succederet* l. 1. §. 11. & 13. l. 7. pr. ff. de Ventr. in poss. mitt. cur enim partus in possessionem mitteretur, si ei vivo, Prætor bon. poss. denegaret? l. ult. ff. d. t. Hinc non admittitur mulier, si nasciturus defuncto

defuncto proximus successor non sit, sed ab alio excludetur. Omnibus tamen nascituris datur siue nati sui, siue legitimi fuissent, modo sint proximi *l. 1. §. 13. & l. 7. pr. ff. eod.*

Quamquam contrariari videatur *l. 1. §. 2. ff. b. t.* ubi tunc concedenda dicitur hæc bon. poss. si id quod in utero est, inter suos futurum sit; hinc à contrario sensu, emancipati posthumus, ut & collaterales excludentur, cum non sint futuri sui heredes *§. 2. Inst. de hered. qual. & diff.* Verum Ulpian. *in d. l. 7. §. 2.* vocabulum *Suus* in paulo latiori significatione capit, quæ regulariter solet, dum per eos intelligit proximos heredes, Gothofr. *in not. ad d. l. 1. §. 2. lit. E.* & vocem hanc ita capiendam suadet *d. l. 1. §. 13.* quæ expresse contrarium docet, juncta *l. 7. ff. eod.* Credibile autem non est, Ictum tam acutum sibi ipsi in una eademque lege contradixisse. Eadem ratione vox *extraneus* capitur *in l. 6. ff. de Ventr. in poss. mitt.* quæ quidem aliàs regulariter opponi solet suis *§. 3. & 5. Inst. de her. qual. & diff.* In hac lege tamen omnes illi vocantur extranei, qui ab intestato proximi heredes non sunt, siue sint agnati siue cognati, ut patet *ex l. 7. pr. ff. eod.* Gothofr. *in not. ad d. l. 6. lit. Z.*

Probe tamen *ex d. l. 6.* notanda differentia, an bon. poss. hæc proximo ab intestato successuro detur, an ex testamento; hoc enim casu si institutus sit talis, qui ab intestato non est proximus, hæc bon. poss. concedi matri non debet, nisi aliunde se alere non posset *d. l. 6.*

(3.) Jure ff. requiritur, *ne venter sit exheredatus l. 1. §. 2. ff. de Ventr. in poss. mitt.* quod fieri poterat, per *l. 8. l. 14. ff. de lib. & posth.* Cum vero hodie exheredatio fieri non possit, nisi ex causa in *Nov. 115. cap. 3.* expressa, harum vero nulla in posthumos & infantes cadere possit, sequitur hoc requisitum hodie cessare. Bachov. *ad Tr. vol. 2. Disp. 11. tb. 1. lit. F.* Dn. Carpz. *p. 3. C. 17. def. 21. n. 4.* Dn. Struv. *exerc. 32. tb. 35.* Concurrit quoque cum hac b. p. non nunquam Carboniana *l. 1. §. 14. & 15. ff. de Ventr. in poss. mitt.* ubi generaliter asseritur: hanc bon. poss. decerni, quoties nato puero datur Carbonianum Edictum, adeoque licet partus à defuncto non conceptus dicatur,

P

catur,



catur, vel matrimonium legitimum inter defunctum & prægnatē intercessisse negetur, in possessionem venter nihilominus mittendus est; partui enim favetur, ut in lucem producat, puero vero ut in familiam inducatur *d. l. 1. §. 15.* Uti vero Reip. magis interest, partum in lucem edi, quam puerum in familia retineri, ille enim partus non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam reipublicæ nascitur *l. 1. §. 15. ff. de ventr. in poss. mitt.* ita quoque magis adhuc ventri favendum est, nisi fraus mulieris liquido appareat, quo casu omnino repellenda, cum jura decipientibus non succurrant *l. 2. §. 3. ff. ad SCtum Vellej.* & si dolose impetraverit possessionem, hæc eam non juvat, sed restituenda est cum omni utilitate *l. 1. §. ult. ff. de Ventr. in poss. mitt.* Insuper proximis heredibus ad interesse tenetur *l. 1. ff. Si mul. ventr. in poss. cal. caus. dic. imo & infamia notatur l. 15. & 19. ff. de his qui not. infam.*

¹⁴ Cessant tamen dicta si iusto errore seducta, se gravidam falso existimaverit vel abortum passa sit. Ut ut enim sic causa missionis cesset, resque hactenus possessæ heredibus illis, qui ventre excluso proximi defuncto fuissent, restituendæ sint *l. 1. §. 27. ff. de Ventr. in possess. mittend.* Et si mulier ultro bona, vi hujus impetratæ bonorum possessionis hactenus possessa, restituere nolit, interdicto dejici possit Meier. Colleg. Argentor. ad d. tit. de Ventr. in poss. mittend. *tb. 8. in fin.* Alimenta tamen ex bonis defuncti, per hoc temporis spatium dum in possessione fuit, bonâ fide percepta, restituere non tenetur, per text. expr. *l. 5. §. 3. ff. de Carbon. Edict. & l. 1. §. 3. in fin. ff. de Ventr. in possess. mittend.* Nec sumtus ab ea bona fide facti repetuntur, per verba Hermogen. *in l. 3. ff. dict. tit.* Sed quod in ventris alimenta expensum, & per hoc patrimonium deminutum, æris alieni loco habendum *l. 1. §. 7. Si mul. ventr. nom. in possess. cal. caus. l. 9 ff. de Ventr. in poss. mittend.*

¹⁵ Quod si igitur causa summariter cognoscatur, & mulier gravida, partusque in eo statu reperiatur, ut si jam editus esset, succedere posset, mulier in bona defuncti mittenda est, ventri-

ventriqve constituendus curator *l. 1. §. 18. ff. de Ventr. in poss. mitt.* qvividuæ gravidæ cibum, potum, vestes, & habitationem procuret *l. 1. §. 19. ff. d. t.* & si propriam habitationem defunctus non reliquerit, ea aliunde conducenda *l. 4. ff. eod.* sic famulam quoqve ad ministerium mulieris curator conducere, & ex bonis defuncti alere tenetur *d. l. 4.* ibiqve Mornac. Et generaliter omnia illa mulieri præstanda, quæ ad partus ¹⁶ promotionem & sustentationem conducunt *l. 1. §. 19. ff. b. t.* pro dignitate tamen & facultate defuncti, quæ duo probè conjungit Ulpian. in *d. §. 19.* Hinc non sufficit, Patrem fuisse Nobilem, fuisse virum magna autoritate in aulâ conspicuum, sed facultates dignitati respondeant necessum est, ad hoc, ut vidua prægnans lautius sustentetur. Quid vero & quantum cuiq; ¹⁷ uxori præstandum, judicis arbitrio determinandum relinquimus, qui id facile, considerata dignitate & facultatibus defuncti aliisque circumstantiis, determinabit. Objectio tamen hæc, quod vidua dives sit, ad denegandam sustentationem pro dignitate, non proderit, cum dives quoqve in bona mitti, ex illisque sustentari debeat *l. 5. & 6. ff. de Ventr. in poss. mitt.* Idqve tamdiu, donec mulier aut pariat, aut abortum ¹⁸ faciat, aut certum sit, eam non esse prægnantem *l. 1. §. 27. d. t.* Nato autem posthumo datur bon. poss. ordinaria *l. ult. ff. eod.* Dicta hucusqve omnia hodiernum ad amussim observanda, ¹⁹ viduæqve mortuo marito valde necessaria hæc bon. poss. si se gravidam sentiat, quo maneat in bonis defuncti, donec partum edat; ex illisque alimenta sibi præbeantur, quod non tantum procedit in Allodialibus, sed etiam in Feudalibus. Si enim Vasallus sine prole masculâ moriatur, feudum in momento mortis vel ad proximos Agnatos vel Dominum devolvitur, qui illud quoqve mox occupare possunt; quod si tamen vidua se prægnantem sentiat, vi hujus bon. poss. tam Agnatos quam Dominum, à possessione excludere potest, ipsa vero tamdiu in bonis manet, & ex illis alenda, donec appareat an in lucem editus partus, masculus & legitimus successor sit, an verò femina procreata.

- 30 Sic in feudalibus casus evenire quoque posset, ubi necessaria hæc bon. poss. est uxori, cujus maritus adhuc in vivis, si scilicet feudum deferatur marito, inhabili tamen ad præstanda servitia, cui nullus filius, tunc enim feudum, hoc prætermissio, ad alios agnatos transfertur, quod si tamen hujus inhabilis uxor se sentiat gravidam, per hanc bon. poss. omnem in præcedentibus dictam commoditatem & utilitatem consequetur, cum tempore delationis conceptus partus, excludere posset agnatos. Dn. Struv. *in synopsis feud. cap. 9. tb. 7.* Dn. Præses *in Exam. jur. feud. c. 15. qu. 20.* Nec contrariatur quantum ad alimēta præstanda, marito incumbere onera matrimonii, cum & diviti hæc alimenta præstanda per *l. 5. ff. de Ventr. in poss. mit. ergo* & hoc casu, si maritus adhuc vivat, cum ratio sit eadem. Nec tam uxori quam foetui alimenta præstari censentur *d. l. 5. pr.* Sed hoc videtur obesse, quod Prætor non det bon. poss. hanc nisi constet, partum editum defuncto succedere, per dicta *n. Resp.* Præsumi in meliorem partem in favorem partus, hinc masculum in lucem proditurum credendum, si enim ob incertitudinem alimenta forent deneganda, sequeretur, ea nunquam esse præstanda, cum semper incertum sit, an mulier sit abortum passura. Hac vero dubitatione non obstante Prætor bon. poss. hanc concedit, & mulierem, in ea tamdiu tuetur, donec re ipsa abortum passa *l. 1. §. 27. ff. de Ventr. in poss. mitt.* Æquius enim omnino est, frustra nunquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est, sunt verba Ulp. *in l. 1. §. 2 ff. d. t.* sic quoque hoc nostro casu uxor tamdiu ex bonis alenda, donec constet, partum esse foemellam.
- 31
- 32
- 33
- 34 II. Bon. Poss. Decretalis CARBONIANA est, ita dicta à Cn. Carbone Prætor, qui eam primus in Edicto suo proposuit Treutl. *Vol. 2. Disp. 15. tb. 5. lit. F.* Dn. Struv. *exerc. 37. tb. 48.* Wissenb. *ad tit. de Carbon. Edict. tb. 3.* Quæ datur liberis impuberibus, quibus de statu & hereditate quæstio movetur, ut bona defuncti retineant, dilatâ quæstione status in-

tempus



tempus pubertatis *l. 1. pr. ff. de Carbon. Edict.* Ad hanc tamen
obtinendam requiritur.

(1) *Ut impuberi quæstio moveatur de statu & hereditate simul.* Pubes enim hac bon. poss. frui non potest, *l. 1. pr. l. 3. §. 3. l. 14. ff. de Carbon. Edict.* & si eam quasi impubes obreperit, ei nihil proderit *d. l. 3. §. 3. de statu quoque & hereditate simul quæstio fieri debet l. 3. §. 2. ff. b. t. Dn. Struv. exerc. 37. tit. 48.* Quod si enim status quæstio tantum moveatur, differenda quidem hæc est, sed non ex Carboniano Edicto *d. l. §. 2.* Si vero de sola hereditate disceptetur, hujus disquisitio in tempus pubertatis non differtur, sed mox discutienda v. g. Si de testamenti jure & subsistentia tantum quærat *l. 7. §. 2. ff. d. t. §. 1. §. 10. ff. eod.* Status quæstio autem non tantum moveri dicitur, si in dubium vocetur libertas impuberis *l. 1. §. 5. ff. b. t. vel patris d. l. §. 6.* Sed etiam si ex defuncto impubes negetur conceptus *l. 3. §. 6. ff. eod. vel suppositus l. 2. l. 9. ff. b. vel ex injusto matrimonio natus Dn. Præses in Usu mod. ff. ad b. tit. Ms. Meier. C. A. eod. tit. b. 3.*

2. *Causa summariter cognoscenda est l. 3. §. 5. ff. de Carb. Edict.* idque partim propterea, quia adsunt contradictores & adversarii, qui quæstionem de statu & hereditate movent; partim ut iudex cognoscat, an impuberi expediat dilatio, an plenaria causæ tractatio, ea propter enim impuberi hic consulitur, iudicium in tempus pubertatis differendo, quia esse potest, ne impubes, qui quid agatur non intelligit, minus idoneè defendatur per *l. 1. §. ult. b.* Quod si igitur adsit obstrix anus pro pupillo deponens, vel metus subsit, ut misa in possessionem multa subtrahant, certe aut stulti aut inepti Prætoris esset iudicium, in tempus pubertatis differre ut loquitur Mornac *ad l. 3. ff. de Carb. Edict.* Non tamen convenit Prætori, quemvis se filium hujus dicentem in possessionem mittere, sed tutor pupilli nomine saltim præsumtivè & probabiliter probare debet, hunc filium legitimum esse Menoch. *de Adipisc. poss. Rem. 1. n. 98.* quod si fiat, & reliqui heredes contrarium liquido probare non possint, impubes omnino in bona defun-

- 30 defuncti mittendus est. Nec sufficiens causa eum removendi est, quod pater in testamento, vel alio loco coram testibus dixerit, uxorem suam prægnantem quidem esse, sed non ex se per *l. 1. §. 9. ff. de Carb. Edict.* Quin imo quod magis est, ne ipsius quidem matris assertio, hunc partum esse adulterinum, impuberi nocet, sed nihilominus impubes ut & venter bon. poss. hanc obtinebit arg. *l. 29. ff. de Probat.*
- 31 (3) Requiritur ut impubes *cautionem præstet*, de restituendis bonis hereditariis, si pubes factus contra se iudicatum fuerit *l. 1. C. de Carb. Edict.* quod si vero pupillus satisfacere non possit, adversarius simul in bona mittitur, cui etiam administratio committi potest, si pupillo satisfacet *l. 5. §. 2. ff. b. e.* Quamquam tutius constituatur curator bonis *d. l. 5. §. 4. & ult.*
- 32 (4) Denique intra annum petenda *l. 3. §. 14. ff. de Carb. Edict.* Qui tamen annus non computatur à morte defuncti, sed ab eo tempore, quo tutor cognovit, pupillo quæstionem status & de hereditate moveri *d. l. 3. §. ult.* Hinc accedere potest, ut utriusque bon. poss. tam ordinariæ quam extraordinariæ petendæ tempus anno finiatur, si scilicet statim post mortem quæstio de statu & hereditate moveatur *l. 4. ff. eod.*
- 33 Quod si igitur dicta hæcenus observata fuerint, decreta hæc bon. poss. suspendit effectum motæ quæstionis ad tempus pubertatis *l. 1. pr. ff. de Carb. Edict.* Hinc eam partem, quam consecutus fuisset hac quæstione non mota, solus administrat Dn. Struv. *exerc. 37. th. 49.* ex illaque alimenta pupillo præstanda, ut & impensæ in studia, aliæque necessariæ pro modo facultatum *l. 6. §. 5. ff. d. 1. ibique Mornac.* quas pubertate adeptæ restituere non tenetur, licet contra se iudicatum sit *l. 5. §. 3. ff. de Carb. Edict.* ibique Mornac. Hahn. *ad W. d. 1.* Dn. Struv. *exerc. 37. th. 50. in fin.* Dn. Brunnem. *ad l. 3. C. de Carb. Edict.* Restat ut videamus cui adeptæ pubertate incumbat agere, expirat enim tunc hæc bon. poss. *l. 3. §. 3. ff. eod.* & adversariis hoc injungendum, minorem vero rei vices sustinere patet ex *l. 6. §. 6. ff. b. e.* modo satisfecerit, vel adhuc ca-
- verc

vere paratus sit *d. l. 6. §. ult.* Quod si vero satisofferre non possit, possessio transfertur ad adversarium satisofferentem, & pupillus minor factus ab adversario hereditatem petere tenetur *l. 14. §. d. l. 6. §. ult. ff. eod.* Dicta de Carboniana bon. poss. uti olim ita & hodie obtinent Joan Bolognet. *in Repet. l. Certum C. Unde Legit. n. 75.* Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 6.* Dn. Brunn. *ad l. ult. C. Unde Legit. n. 6.* Dn. Præses *in Usu Moderno ff. ad tit. de Carb. Edict. Ms.*

III. Decretalis bon. possessio dicitur LITIS AGNO-
SCENDÆ GRATIA, & conceditur liberis illis, quibus non
datur bon. poss. c. Tab. de qua vid. Bachov. *ad Disp. 15. vol. 2.*
th. 5. lit. H. Hillig. *ad Donell. lib. 19. cap. 6. lit. L.* Grass. *§. Te-*
stamentum qu. 31. Joan. Althus. *Dicæolog. Lib. 1. cap. 63. n. 7.*
Cujus utilitas potissimum in eo versatur, ut querela ad quos-
cunque heredes transeat per *l. 6. §. 2. ff. de inoff. testam.* Et
hodiernum necessaria est, si metus subsit, filium decessurum
ante aditam hereditatem, querela enim non nascitur nisi he-
reditas sit adita *l. 8. §. 10. ff. de inoff. test.* Donell. *Enucl. lib. 19.*
cap. 4. lit. O. quod vero natum nondum est, nec ad heredes
nisi descendentes transmittitur *l. 34. C. de inoff. testam.* Si ve-
ro hæc bon. poss. agnita fuerit, ad quoscunque heredes trans-
mittitur *l. 6. §. 7. ff. de inoff. testam.* Ferd. Vasq. *de Succ. creat.*
Lib. 3. §. 30. n. 152 & seq. Hillig. *ad Donell. Lib. 19. cap. 6. lit. I.*
Reliquum igitur est, ut residuas extraordinarias bon. poss. quæ
neque ad causam testati neque intestati referri possunt lustre-
mus, quarum.

I. Sit quæ datur ex novis Legibus, SCtis de qua vid. *l. 37*
unic. ff. Ut ex Legibus Senatusve Consultis bon. poss. det. §. Sep-
tima 3. §. de bon. poss. & Competit si (1.) lex vel Constitutio 38
Principis alicui non hereditatem, sed bonorum possessionem
deferat *d. l. un. in. fin.* Meier *C. A. b. t.* si enim per aliam legem
civilem ad hereditatem vocatus sit successor, hæc bon. poss.
non competit *d. l. un. §. 1. Habn ad W. h. t.* Quamquam bon.
poss. unde legitimi hoc casu agnosci recte possit *l. 2. §. ult. & l.*
seq. ff. Unde Legit. (2.) Si lex nullam certam speciem bon. 39
posses-

- possessionis exprimat Graf. *Recept. sent. §. Bon. Poss. qv. 30.* Schneidw. *ad §. 3. Inst. de B. P. n. 4.* Exemplum perspicuum satis habemus in *l. ult. C. de Curat. furios.* ubi hereditas furioso non defertur, sed tantum bon. possessio: Ita si hodie-
 num ab Imperatore vel per Constitutionē Principis alicui bon. possessio concedatur, hoc edictum omnino adhuc observandum. Quod Dd. aliqui usque adeo extendunt, ut hoc Edictum necessarium putent, si alicui hereditas, per novas leges à Ducibus & Marchionibus latis, deferatur Barry *de Success. lib. 11. tit. 6. n. 3.* Sichard. *ad Rubr. C. qui admit. n. 15.* Schneidw. *ad §. 3. Inst. de B. P. n. 5.* & quod miror Dn. Struv. *exerc. 37. tb.*
 40 Merito tamen ab eorum opinione recedimus, certum enim omnem Ducem omnem Marchionem imo omnem Comitem Imperii gaudere superioritate territoriali, quæ operatur, ut quilibet Princeps leges in suo territorio pro ut ei utile videtur ferre & abrogare possit, quod directo olim Prætores non potuerunt per *dicta c. 1. n. 25. & seqq.* Hinc si Princeps legem de successione condat, ea cōstitutio non ad jus Prætorium sed civile referenda, nec jus, vi hujus constitutionis sibi competens, intra annum vel centum dies præscribetur, sed 30. annis durabit, add. Hier. Cagnol. *in Rep. Rubr. C. qui admit. n. 45. & seqq.* Bachov. *ad Tr. vol. 15. tb. 5. lit. E.*
 41 II. Necessaria hodie est bon. possessio, si furioso, hereditas deferatur per *l. ult. §. 3. C. de Cur. fur.* Barry *de success. lib. 18. tit. 1. n. 37.* Dilect. *de art. test. tit. 11. caut. 14. n. 2. cas. 5.* Furiosus enim hereditatem sibi competentem adire non potest, *l. 63. ff. de Acqv. vel omit. hered.* ne quidem consentiente Curatore arg. *l. 5. ff. de R. 3.* Curatoris enim consensus accedere debet voluntati alterius, verum in furioso prorsus nulla adest voluntas *l. 47. ff. de A. vel O. H.* hinc nec consensu Curatoris confirmari & suppleri potest. Donell enucl. *lib. 7. cap. 9. lit. A.* imo nec bon. possessionem agnoscere potuit *l. ult. §. 3. C. de Curat. furios.* Justinianus vero Imperator Curatori furiosi permisit, imò magis necessitatem injunxit, agno-

scendi

scendi bon. poss. non quidem præcise decretalem & causâ cognitâ, sed ordinariam. *d. l. ult. §. 3.*

Verum valde singulare est in hac bon. poss. à Curatore agnita, quod per eam non dominium & jus transmittendi ad heredes quoscunque acquiratur, nisi ascendentium hereditas delata sit *d. l. ult. §. 2.* cum hæc quasi debita ad posteritatem devolvatur. Quod si vero ab alio ei successio delata sit, & curator bon. poss. agnoverit, acquirit quidem interim, dum in furore est, administrationem & possessionem bonorum curator, si vero furiosus resipiens bon. poss. non rari habeat, vel furiosus in furore diem suum obeat, hereditas acquisita non transmittitur ad proximos furiosi cognatos, sed revertitur ad eos qui defuncto proximi heredes fuissent, si furiosus in vivis non fuisset. *d. l. ult. §. 8.* Quod tamen in legatis secus, quæ furiosus, ut ut in furore moriatur, ad quoscunque heredes transfert *d. l. §. 8. verb. legatis autem* Ratio diversitatis hæc est, quod hereditas animo acquiratur *l. 20. pr. ff. de A. vel. O. H.* quo furiosus caret *l. 40. ff. de R. J. l. 21. §. 7. ff. Solut. matrim* Legati vero dominium transit ipso jure *l. 80. ff. de Leg. 11. Dn. Brunnem. add. l. ult. n. 23.* Ratio verò, cur bona infanti per tutorem acquisita ad quoscunque heredes transmittantur & plenariè acquirantur, non tamen acquisita furioso per curatorem, non usque adeo in aprico esse videtur. Regulariter enim infans & furiosus eodem jure utuntur *§. 9. Inst. de inutil. stipul. l. 1. §. 12. & 13. ff. de O. & A.* idque non sine ratione, ut enim furiosi nullum factum, ita nec infantis; cum quod agat non intelligat *l. 6. ff. rem. pup. vel adol. salvafor.* Perpetua tamen hæc comparatio non est, sed in quibusdam melior conditio est infantum atque furiosorum, cum illorum aliquale licet admodum exiguum sit iudicium, his vero mens penitus sit adempta Wissenb. *ad tit. de bon. poss. fur.* exemplum est in *l. 3. C. de Acq. poss.* per quam infanti acquiritur possessio rei mobilis si eam acceptaverit, quod non procedit in furioso *l. 1. §. 3. ff. de A. vel A. P.* cum pro absente habeatur *l. 124. ff. de R. J.* Et hinc est, quod in *d. §. 9. J. de inutil. stip.* dicatur, infans non mal-

Q

tum

rum à furioso distat, differt ergo in aliquibus; quorum & hic
 50 casus referendus. Accedit, quod morbus furiosi adeo incur-
 rabilis præsumatur, ut non nisi misericordiâ divinâ restituatur,
 ut ex Zachia Menoch. & Mascard. probat Dn. Brunn. *ad l. 6. C.
 de Cur. sur. in fin.* hinc non præsumitur ratificatio secutura,
 quæ regulariter speratur in infante.

51 III. Necessaria est bon. possessio ei qui lapsu 30. annorum
 à petitione hereditatis exclusus est Andr. Barbat. *in Repet. Rubr.
 C. qui admitt. n. 111.* Sichard. *ibid. n. 10.* Grass. *Recept. sent. §. B.
 Possessio. qu. 5. n. 12.* Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 6.* Schultz. *in Sy-
 nopf. instit. ad tit. de B. P. lit. A.* Hereditatis petitio enim 30. an-
 nis expirat arg. *l. 7. C. de petit. heredit.* ibiq; Dn. Brunn. *in Comm.
 Cod. n. 6.* Dn. Carpzov. *Part. 3. Const. 14. def. 24. n. 9.* Dn. Struv.
exerc. 34. tb. 29. Quod tempus continuum est, & ignorantia
 quoq; currit. Hinc eo præterlapso hereditas amplius adiri non
 potest. Quod si tamen hic per lapsum triginta annorum exclu-
 sus, mortem defuncti ignoraverit, post eam compertam ve-
 ro, intra tempus bonorum possessioni petendæ præscriptum,
 coram iudice bon. poss. agnoverit, hereditatem, omneq; de-
 functi patrimonium consequitur, cum tempus bonorum pos-
 sessioni præfixum utile sit, nec currat nisi scienti *l. 10. ff. de B. P.
 §. pen. Inst. eod. add. cap. 2. n. 26. & 28.* Hinc ne mille quidem
 annis ignorantem à petitione bon. possessionis excludi, recte
 52 statuit Schneidw. *ad §. ult. Inst. de B. P. n. 18. in fin.* Dissentiunt
 equidem Bachov. *ad Tr. vol. 2. D. 15. tb. 1. lit. F. circa fin.* Wis-
 senb. *ad tit. de Success. edict. tb. 19. & nituntur l. 3. C. de præ-
 scr. 30. annor.* Verum uti hæc lex alias permultas patitur limi-
 tationes, ita quoq; nec trahi potest ad speciale beneficium à
 Præatore concessum ignorantia, sed parit hoc exceptionem di-
 ctæ legi.

53 IV. Necessaria est hæc bon. poss. si pupillo infante mayo-
 ri, qui tamen in loco remotiori vitam degit, hereditas defe-
 ratur, Andr. Barbat. *in d. Rubr. n. 111. in fin.* Dilect. *de art. test.
 tit. 11. caut. 24. n. 2. cas. 10.* Sichard. *ad d. Rubr. n. 12. in fin.* Card.
 Tusch. *lit. B. Concl. 118. n. 19.* Tutor enim ignorante pupillo he-
 reditatem

reditatem adire non potest *l. 5. C. de jur. delib. Tusch. lit. A. Concl. 192. n. 33. & Concl. 194. n. 16.* quod usque adeo verum, ut hereditas adita à tutore, sine consensu pupilli infante majoris, non transmittatur ad heredes Dn. Brunnem. *ad d. l. 5. n. 5.* bon. possessio tamen recte agnoscitur per *l. 7. ff. de bon. poss. l. 7. C. qui admitt. Ant. Piaggius Tr. de tutela qu. 15. n. 70. & dict. supr. Ant.*

V. Necessaria hodiernum est bonorum possessio illi, qui juri adeundi, quod ex jure civili competebat renunciavit, juxta Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 6.* Dilect. *de Art. testand. tit. 11. caut. 14. n. 2. cas. 11.* Barbat. *in Repet. Rubr. C. Qui admitt. n. 113.* Sichard. *ibid. n. 9.* Bachov. *ad Tr. Vol. 2. Disp. 15. th. 1. lit. F. ad verba: plures casus.* Si enim diceret; *nolo adire hereditatem ex jure civili* hæc quidem renunciatio ipsum excludit à jure adeundi de jure civili, quod si tamen hereditatem libenter obtinere vellet, necessariò remedio Prætorio seu bonorum possessione uti debet, à qua per hanc renunciationem exclusus non est, sunt enim distincta prorsus remedia civilia & Prætoria uti dictum *cap. 1. n. 1.* Hinc repudiato uno jure, non censetur repudiatum, quoque alterum *l. In plurium 70. §. 7. ff. de Acqv. vel Omitt. Hered. Bachov. d. l.* Est enim renunciatio stricti imo strictissimi juris Berlich *Part. 2. Concl. 22. n. 69.* Dn. Carpz. *Dec. 58. n. 13.* Dn. Mevius *Part. 2. Dec. 64. n. 3.* adeoq; non extendenda nisi ad ea, quæ verba comprehendunt, & de quo nominatim & specialiter convenit Gail. *lib. 2. Observ. 77. n. 5.* Berlich. *d. l.* Frider. Brukman. *V. 2. Consil. 3. n. 73.* Carpz. *de jur. Fæmin. Singul. Decad. 4. Possit. 9. n. 25.* Quod si vero repudians se non referat ad modum succedendi, sed ad successionem ipsam, beneficio Prætorio adhuc uti non posset, sed eo simul renunciasse censendus est Andr. Barbat. *in Repet. Rubr. C. qui admitt. n. 111.* Christin. *Vol. 4. Dec. 1. n. 6.* Sichard. *ad d. Rubr. u. 10. in fin.* Sed si dixisset, repudio hereditatem delatam, an tunc jure Prætorio ad eam pervenire poterit? Et videtur affirmandum, quia alia est hereditas alia bonorum possessio, quæ inter se differunt non secus ac successio civilis & Prætoria, vel jus adeundi & jus bonorum possessionem petendi, uti ergo ille qui juri adeundi vel suc-




vel successioni civili renunciavit adhuc bon. possessionem admittere potest, ita nec excludendus est si hereditati renunciavit, Accedit quod renunciantes ut plurimum ignorent quid sit bon. possessio, juri vero ignorato nemo renunciasse videtur Andr. Fachin. *Lib. 1. Controvers. cap. 99. verb: Secunda Conclus. & Lib. 11. cap. 65.* Pheil. *Part. 1. Consil. 82. n. 32.* Dn. Carpz. *Dec. 58. n. 17.* & renunciatio sic intelligenda, ut renuncianti minus oblit Dn. Carpz. *de Onerib. Vasall. Feud. Dec. 2. Posit. 10. n. 7.* Adeoq; renunciatio hereditatis tanquam odiosa ad bon. possessionem extendi non debet. His tamen non obstantibus, Negativam veriore existimamus, hereditatis enim appellatione bon. possessio quoque continetur, sunt verba *l. 138. ff. de Verb. Signif.* & proprie quidem; hereditatis enim vocabulum generale est & comprehendit sub se hereditatem in specie sic dictam s. successionem civilem & hereditatem Prætoriam s. bon. possessionem, ut late probat Vacon. à Vacun. *lib. 3. Declar. jur. 48. n. 3.* hinc eidem simul renunciatum est. Dubiis allatis quoque facile satisfiet, si dicamus, hereditatem in genere sic dictam non differre à bon. possessione, sed eam sub se complecti tanquam speciem, sic quoque in genere de bon. possessione cogitasse censendus, qui hereditatem s. jus succedendi repudiavit, Denique renunciatio strictè interpretanda, nisi ex verbis mens clara eluceat, ut hoc nostro casu. Potuissent plura ad materiam successionis Prætorie facientia adduci, nisi intra terminos dissertationis Academicæ consistere placeret, sufficiat potiora, ut opinor, adducta fuisse, in quibus si hallucinatus fuerim, quod in subtili hac materia & ferè de apicibus, juxta Sichard. *ad Rubr. C. qui admit. n. 1.* Cagnol. *ibid. n. 1.* facile fieri potuit, humanum enim à me nihil alienum puto, tuam humanitatem L. B. imploro, ut juvenili meæ ætati quicquid hujus sit, condones. Ego Deo Triuni pro assistentia Spiritus Sancti immortales solvo gratias, in ejus Nomine felicem huic dissertationi imponens

F I N E M.







00 A 6376

ULB Halle
002 916 72X

3



Sb.

107
1017





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

...AUGURALIS

...SSIONE

...A HODI-

...CESSARIA,

...TE GRATIA,

...ETO

...RUM ORDINIS,

...C VIADRINA,

...DE

...SPECTABILI

...TRYKIO, JCTO,

...ac Potentiss. Elect. Brand.

...inario, & Decret. Prof. Publ.

...RE atq, PROMOTORE

...EVENERANDO

...ENTIA

...E JURE HONORES

...QVENDI

...Examini subjiacet

...pffer/ Qyedlinb. Sax.

...VII. Horis ante & pomeridianis.

...VIADRUM,

...SELIUS, ACADEMIÆ TPOGR.